





ACADEMIÆ HARVARDIANÆ SIGILLUM
VE RI TAS
1638.
FROM THE
DONATION FUND
OF
MDCCCXLII.
Rec? Oct. 12
1847.



C. LUCILII

SATURARUM RELIQUIAE.

EDIDIT, AUXIT, EMENDAVIT

FR. DOR. GERLACH.

TURICI,

SUMPTIBUS MEYER ET ZELLER, BIBLIOPOLARUM.

MDCCCXLVI.

PRAEFATIO.

Cum hominum doctorum studia hodie in eo maxime elaborent, ut antiquissima Litterarum Latinarum monumenta iterum iterumque excutiantur et illustrentur, iam tribus abhinc annis consilium agitavi, Lucilii, poetae olim clarissimi, Saturarum fragmenta denuo edendi. Sed multis variisque negotiis distentus, opus cupide quidem arripui, sed saepius intermisi et subsecivis, ut aiunt, operis elaboravi. Et dimidia fere parte plagularum typis expressa, iterum remoram gradui fecit, quod cognovi novam omnibusque numeris absolutam Lucilii editionem a iuvene doctissimo, I. Beckero, scholae Moguntinae praeceptore, parari. Cuius de consilio si paulo maturius compertum habuissem, lubenti animo quae collegeram, ei examinanda, retractanda et excerpenda reliquissem. Sed quae incepta erant, non potuerunt imperfecta relinqui; et librario humanissimo, quae promiseram praestanda. Satis igitur habebo, si homines eruditi, quantum operae ad Lucilii reliquias emendandas collatum est, non plane infructuosum fuisse iudicaverint.

Dabam Basiliae VIII. Idus Iunias.

PROLEGOMENA.

§. 1. *De C. Lucilii vita.*

C. Lucilii aetas et poesis genus, cuius inventor ille esse perhibetur, nuper in tantam contentionem atque controversiam venerunt, ut omnia, quae antea videbantur esse certissima, in dubitationem vocata sint. Tota igitur multiplex illa atque scrupulosa disputatio de integro instituenda est, ne in eorum vituperationem incurras, qui vel manifestos interpretum errores firmioribus argumentis refelli et novis utique subsidiis fidem rerum confirmari volunt. Et primum quidem de ipso nomine quaestio mota est. Etsi enim longe plurimis librorum MSS. testimoniis, praesertim optimis Horatii, Ciceronis et Nonii Marcelli exemplaribus scriptura *Lucilius* (l littera non geminata) comprobata est, tamen fuerunt, qui certam quandam scribendi normam, quam ipsi excogitaverant, secuti, alteram scripturam, *l* littera geminata, quae in deterioribus libris passim deprehenditur, praeferrent. Quo in numero cum Hadrianus Turnebus, Cl. Salmasius, Iosephus Scaliger, Lambinus, Iosias Mercerus, Cortius, alii fuerint, non mirum est, tantorum virorum auctoritatem per aliquod tempus veritatis studio offecisse. Sed pervicit tandem pravas h.h. d.d. opiniones et melioris scripturae constantia et subtilioris iudicii solertia. Hanc enim laudem nuper praeripuit Vargesii, invenis doctissimi, diligentia, qui de origine nominum in *ilius* terminantium acutissime disputavit. cfr. in Museo Rhen. Phil. Bonnae auspiciis Welckeri

et Naekii a 1835 editum p. 15. sqq. — 69. *Specimen Quaestionum Lucilianarum.* Qua quidem in argumentatione nequaquam omnia rationum momenta ita comparata esse videntur, ut ad id, quod nobis est gravissimum, confirmandum multum faciant; sed longior eius rei expositio esse non debet; libenter enim, quod oblatum est, accipimus et utimur concesso. Accedit Ellendtii, clarissimi librorum Ciceronis de Oratore Editoris, approbatio, qui in Explicat. ad Cic. de Or. III. 43. p. 431 sqq. et ipse scripturam *Lucilius* defendit. Mihi quidem in eiusmodi disquisitionibus Codicum et lapidum testimoniis plurimum tribuendum esse videtur. Qualecunque igitur aliorum de Vargesii et Ellendtii explicationibus erit iudicium, hoc quidem pro certo poni posse videtur, nomen Lucilii una littera l esse scribendum. Sed haec hactenus; iam paulo maiora canamus. Multo gravior enim de poetae aetate inter homines doctos orta est contentio, identidem dubitantes, quo ab anno illius vitae initium ducendum, quod ad tempus eadem producenda sit. Exstat quidem hac de re satis manifestum Hieronymi testimonium in Chronicis. Opp. Vol. VII. Veronae MDCCXL. Ed. Vallars. p. 577. sed hoc nuper addubitatum est, quod ceteris, quae de Lucilio tradita sunt, parum consentire videbantur. Negavit enim I. A. C. van Heusde (cfr. *Studia Critica in C. Lucilium poetam* Traiecti ad Rhenum MDCCCXLII. p. 1 — 68.) ut alios ipsumque Baylium omittam, qui primus dubitationem hac de re moverat, Hieronymi auctoritatem tantum valere debere, ut quae Horatius, Velleius et ipse Lucilius de se testatus sit, propter Chronographi levitatem reiicienda sint. Sic enim ille statuit: Si Lucilius, cuius rei Hieronymus testis est, anno centesimo quadragesimo octavo a. Chr. n. Suessae Auruncorum ortus sit, multa posse enumerari, quae ad illius auctoritatem infirmandam pertinere videantur. Quod enim Velleius Paterculus memoriae prodiderit, Lucilium equitem bello Numantino militasse, quod Horatius eiusque scholiastae illum Scipione et Laelio perfamiliariter usum esse tradiderint, quod ab

Horatio, etiam vivo Scipione, poesi clarus fuisse dicatur, haec omnia ita esse comparata, ut a pueri moribus sint alienissima. Quodsi enim Hieronymi testimonio fides habenda sit, Lucilium, quo tempore Scipio vita excesserit, vix XIX. aetatis annum explevisse. Qua ex re colligi posse, Lucilii vitae initium quinque vel sex annis ante quam Hieronymus tradiderit, esse ponendum. Sed eundem aetatem ultra annum XLVI produxisse, multis aliis rebus fieri manifestum. Vix enim aliter fieri potuisse, ut senex ab Horatio adpellatus sit; ut ipse Liciniae et Calpurniae legis mentionem fecerit, quas quidem leges aperte longe post annum rogatas esse, quo Hieronymus Lucilium Neapoli mortuum esse memoraverit. Et huius quidem libri in universum eam esse rationem, ut pleraque oscitanter et parum accurate perscripta sint. Quare fidem eius esse fere nullam, aut ita incertam, ut, nisi aliorum testimonia accedant, ipsius iudicio parum tribuendum sit. Cumulavit multa eius inconsiderantiae exempla in Epistola ad Car. Frid. Hermannum de C. Lucilio Traiecti ad Rhenum a. MDCCCXLIV. evulgata; ubi et eversionem Numantiae, et Plauti, Horatii, Catulli atque Lucretii mortes et M. Livii, tragoediarum scriptoris, claritatem et Messalae Corvini natales non suis annis adscriptos esse docuit. Quae omnia si satis recte disputata sunt, quod iam in medio relinquo, ad Hieronymi auctoritatem imminuendam plurimum valere non diffiteor. Eodem redeunt, quae Baylius iisdem fere rationibus adductus, in Dictionario quod dicitur, contra Hieronymum disputavit, nisi quod homo doctus atque eruditus cautius atque circumspectius in hac quaestione illustranda versatus esse videtur. Accessit nuper Ritschelii, V. Cl., iudicium, qui in Museo Rhenano, quod ipsius et F. G. Welckeri auspiciis Bonnae a. 1843 evulgatum est, p. 618 sqq. Hieronymi fidem in scriptorum aetatibus constituendis partim ex Suetonii testimonio pendere, partim, ubi illo duce destitutus fuerit, admodum mancam atque infirmam esse docuit. Cuius quidem decreta, quamvis veritatem obscurare non debeant; non enim, quae ille satis

confidenter affirmavit, omnibus, credo, probabuntur; et me quidem maxime mirum habuit, quod Suetonii libello de Grammaticis illustricibus et de rhetoribus, quem integrum ad nos pervenisse nunquam mihi persuadere potui, tantum tribuerit, ut ex eo solo sua omnia hausisse Hieronymus existimandus sit — hoc tamen hominis docti examini concedamus, ut Chronographi inconsiderantiam multis locis vere ab eo notatam esse statuamus. Ut igitur rectius de Lucilii aetate fiat iudicium, nova adiumenta aliunde petenda sunt, cum, quibus adhuc res videbatur confirmata argumentis, ea non satis certa esse paulo accuratior docuerit disquisitio. Iam plurima quidem insunt ipsius Lucilii fragmentis, ex quibus satis accurate constituas, qui aequales eius fuerint, quos potissimum in carminibus perstrinxerit, quos laudaverit, qui rei publicae status, qui civitatis mores fuerint, sed admodum paucorum fragmentorum ea est ratio, ut ad certum quoddam tempus utique referenda sint. Quare omnibus omissis, quae paulo infra erunt commemoranda, ubi de *personis Lucilianis* agemus, tantum ea examinabimus, unde alii collegerant, poetam aut aliquot annis ante natum esse quam fama feratur, aut vitam ultra terminum, quem Hieron. statuerit, produxisse. Et primum quidem Van Heusdius minitabundus nobis legem Calpurniam intentat, quam consularem a. U. C. DCLXXXVII. a. C. Calpurnio Pisone de ambitu latam intelligit, ita ut Lucilius annum unum et octogesimum explevisse videatur. Est quidem altera lex Calpurnia de pecuniis repetundis a L. Calpurnio Pisone tr. pl. a. DCIV. rogata; sed eam intelligi posse H. negat, quia illa ab ipso Lucilio *saeva* appellata sit. cfr. p. 46. fr. 4. Edit. nostr. eam autem, quae de ambitu lata fuerit, etiam a Cicerone *severissime scriptam* dici. Or. pr. Mur. c. 46. Praeterea Heusdium versus Lucilianus impulit, ut ita statueret: *Eduxique animum in primoribus naribus*" cuius hunc esse sensum putat: *saevam legem Calpurniam reprehendendo tantum non mortis poenas lui*" quae cur ad legem consularem potius referenda sint, nemo

intelligat. Sed ut in aliis plurimis ita in hac re Heusd. egregie fallitur. Primum igitur *animam* auctoritate optimorum librorum emendandum; pro *naris* quod in libris legitur, fuit, qui *nasis* corrigeret, Catulli auctoritate (Carm. 68) in errorem inductus. Propius ad veritatem accesserit lectio *duxi*, si metri ratio ferret. His igitur omissis totus hic versus nil aliud nisi aestum irarum exprimit. Etsi enim sunt, qui statuant: *educere animam* esse fere idem quod *animam exhalare*, *exspirare*, *θυμὸν ἀποπνέειν*, *ψυχὴν ἐκπνέειν*, *βίον ἀποψυχεῖν*, tamen verba Varronis R. R. II. 3. 5. *spiritum naribus ducere* collatis Persii verbis: *ira cadat naso* S. V. vs. 91. et Martialis (Epigr. VI. 64.) *rabido nec perditus ore fumantem nasum vivi tentaveris ursi*" satis comprobant, hominem ex imo pectore iras anhelanten describi. Nullum igitur mortis periculum significatur, cuius ne cogitatio quidem civi Romano, legem aliquam impugnanti, in mentem venire poterat. Praeterea vix ulla lex inveniatur, quae a reo *saeva* dici non possit. Hoc igitur epitheton ad ipsius legis sententiam illustrandam nil valet. Quare vana sunt omnia, quae ex legis Calpurniae commemoratione ad Lucilii aetatem constituendam van Heusdius collegit. At legem Liciniam Lucilius commemoravit. cfr. Gell. N. A. II. 24. 10. „Lucilius quoque legis istius meminit in his verbis: *legem vitemus Licini.*" Quaeritur quo anno rogata fuerit? cfr. Macrob. Saturn. II. 13. p. 396. Ed. Z. „post Didiam Licinia lex lata est a P. Licinio Crasso Divite, cuius ferundae probandaeque tantum studium ab optimatibus impensum est, ut consulto senatus iuberetur, ut ea tantummodo promulgata, priusquam trinundino confirmaretur, ita ab omnibus observaretur, quasi iam populi sententia confirmata. lex vero haec paucis mutatis in plerisque cum Fannia congruit. in ea enim ferenda quaesita novae legis auctoritas, exolescente metu legis antiquioris." — Sed legis Liciniae summa, ut Kalendis, nonis, nundinis Romanis cuique in dies singulos triginta duntaxat asses edundi causa consumere liceret: ceteris vero diebus, qui

excepti non essent, ne amplius apponeretur, quam carnis aridae pondo tria et salsamentorum pondo libra et quod ex terra, vite arboreve sit natum." Quae quidem lex si a P. Licinio M. F. P. N. Crasso Divite Lusitanico *Consule* lata est, ex Fastis Capitolinis ad annum 656 pertinet (ex ratione Varroniana ad annum 657) quo anno L. Valerius L. f. L. n. Flaccus, M. Antonius L. f. Censores fuerunt; qui censor a. M. Duronio tr. pl. de ambitu postulatus est. cfr. Cic. de Or. II. 68. 275. Is vero haud dubie est idem, quem Valerio Maximo II. 9. 5. teste, M. Antonius et L. Flaccus censores senatu moverunt, quod legem de coercendis conviviorum sumtibus latam tr. pl. abrogaverat. His enim verbis illum sumptuariam legem impugnasse tradit Valerius: „freni sunt iniecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati et constricti estis amaro vinculo servitutis. Lex enim lata est, quae vos esse frugi iubet. Abrogemus igitur istud horridae vetustatis robigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire non licet." Quorum quidem verborum vis haud dubie erat maxima, si ad legem paulo ante latam spectabant. Eademque causa satis probabilis animadversionis censoriae hominem dissolutum facile impellere potuit, ut ipsum censorem de ambitu accusarit; ita ut omnia eodem anno gesta esse videantur. Quae si recte coniecta sunt, Lucilius poeta non modo consulem P. Licinium Crassum vidisse, sed etiam eo tempore carmina composuisse intelligitur, quippe qui legis ab illo latae mentionem fecerit. Sed quam modo diximus rerum seriem atque continuationem, eadem fere est, si legem illam sumptuariam a P. Licinio praetore aliquot annis ante latam esse statuimus. id quod eo fit probabilius, quod Sammonico Sereno auctore, cfr. Macrob. Saturn. II. 13. p. 396. Ed. Z. praeter legem Fanniam pleraeque aliae leges sumptuariae aut a praetoribus aut a tribunis rogatae fuerint. Iam cum lex Orchia a. C. Orchio, pl. tr. lata sit, qui magistratus Didiae legis lator fuerit, ignoretur, facile credideris Licinium illam legem praetorem tulisse. Pighius

quidem Annal. III. 122. eam a tribuno plebis rogatam iudicat, sed nullis ille argumentis iudicium confirmans. Neque Drumannus Hist. Rom. IV. p. 70. ad tempus legis Liciniae constituendum aliud facit quam testem Hieronymum citat, qui Lucilium ante P. Licinium consulem (cui hoc tribuerat Luzacius Hortens. p. 77. n. 4.) mortuum esse tradiderit. Fischerus quoque in tabulis chronologicis fasc. II. cum Clintonus poetae vitam aliquot annis producendam esse censuisset, illius argumentationem parum probabilem esse docuit. Itaque in dubio ponendum est, utrum a consule an a praetore lex lata sit. Sed hoc quidem pro certo affirmari potest, quod Lucilius legis Liciniae mentionem fecerit, eo non necessario, longiorem eius vitam demonstrari. Potuisse enim et a tribuno plebis et a praetore legem rogari manifestum est, quanquam praetura, quo propius a consulatu abest, eo plus probabilitatis habet. Certe Lucilius non ita multo post diem supremum obierat. Cicero enim in libris de Oratore, quos dialogos anno 91 habitos esse fingit, interlocutores de C. Lucilio tanquam de mortuo loquentes inducit, cfr. de Or. I, 16. „sed ut solebat C. Lucilius saepe dicere;" id. II. 6. „nam ut C. Lucilius, homo doctus et perurbanus, solebat dicere."

Quorum quidem verborum eo maior vis est, quod haec obiter notata sunt; nisi qui sunt, qui statuant, Ciceronem consilio diversorum temporum rationes perturbasse; sed Van Heusdius ut e conclusionis angustiis evaderet, artificium adhibuit, atque Lucilium illo tempore urbe abfuisse iudicavit!

At *senex* Lucilius ab Horatio appellatus est. cfr. Sermon. II. 1. 28.

Ille (Lucilius) velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris: neque si male cesserat, unquam
Decurrens alio, neque si bene. quo fit, ut omnis
Votiva pateat veluti descripta tabella
Vita senis.

Audio. res manifesta. Sed Hanibal se ipsum senem dixit,

cum annos XLIV natus esset, minor natu quam Lucilius. cfr. Liv. XXX. 30. et apud Persium Sat. I. 124. *praegrandis senex* Aristophanes audit, quamvis non esset aetate provectus. cfr. Aristophanis vita a Rankio conscripta p. XC. Nolim urgere, ab ipso Horatio *seniorum poetarum turbam* in universum pro prioribus dici, Serm. I. 10. 67. Platonem reverentiae causa apud Martialem Ep. VII. 69. 3. Callimachum apud Statium Silv. I. 100. senem appellari. Ipse Cicero, ubi de Solone et Pisistrato loquitur, haec addit: „at hi quidem, ut populi Romani aetas est, senes, ut Atheniensium saecula numerantur, adolescentes debent videri." cfr. Cic. Brut. X. 40. quid? quod omnium illorum vocabulorum, quae diversos aetatis gradus complectuntur, *senex, adolescens, adolescentulus, puer,* apud omnes scriptores liberrimus usus est? Vide ne plura cumulemus Barth. ad Stat. Silv. I. 2. 253. Markl. ad Stat. Silv. I. 110. Drakenb. ad Sil. Italic. I. 634. quae loca Vargesius collegit; Mus. Rhen. III. 1. p. 345. (1835.) quibus adde Ephemerid. Litt. Ienens. 1822. No. 80. Ephem. Gotting. 1823. No. 99. Barthii advers. XLII. 19; L. 12. et de Graeco vocabulo γέρων Eustath. p. 107. 14; Homer. Ed. Heyne Vol. IV. p. 270. 606. 620. — Igitur ne *senis* quidem appellatio, qua Horatius Lucilium ornavit, spiritum illi prorogare potest. Neque diversum de Lucilii aetate fecit iudicium Plinius Maior, qui N. H. XXXVI. 61. haec habet: „frequentata pavimenta ante Cimbricum magna gratia animorum, iudicio est Lucilianus versus: *arte pavimento atque emblemate vermiculato."* Ex quo loco si nihil aliud, hoc certo nostro iure colligimus, Plinio iudice Lucilium ante bellum Cimbricum floruisse. Quod enim aliquis statuat, tantum carmen, ex quo versus ille excerptus sit, ante id tempus fuisse compositum, haec calculi religio longissime abest a Plinii consuetudine, qui satis habet aetates scriptorum notasse, nedum singulos libellos ad calculum revocet. Iam si belli Cimbrici initium ponis funestam illam cladem, a Q. Caepione et Cn. Manlio in Tolosatium finibus acceptam, ipsius Plinii iudicium Hieronymi fidem

confirmat. Lucilium vero vel extrema aetate poesi studuisse et Liciniae legis commemoratio, et quod Opimium *Iugurthinum* appellat, Lucil. fragm. 34. 1. Ed. nostr. testimonio est. Sed si nullis rationibus potest evinci, Lucilium poetam vitam usque ad annum sexagesimum perduxisse, tamen aliquis necesse esse dixerit, ut aliquot certe annis ante natus sit, quam Hieronymus tradiderit; id quod et ex eius militia, et ex Scipionis amicitia, et ex Horatii iudicio colligi possit. Nam hoc non est timendum, ne quis Macrobium testem laudet, qui C. Titium, virum *aetatis Lucilianae*, oratione legem Fanniam suasisse tradit. Saturn. II. 13. Quae lex cum Plinio auctore XI annis ante tertium bellum Punicum lata fuerit cfr. N. H. X. 50. necesse est, ut Lucilii vitae initium quinquaginta annis ante ponatur. Sed ne tempus in explodendis coniecturis teramus, quibus van Heusdius Ciceroni succurrere studuit, subficit monere, legem Liciniam nihil aliud quam Fanniam renovasse; quare Titius legis Fanniae commendatione uti poterat, ut legem Liciniam suaderet. Militiam quod attinet, iam Vargesius rem explicuit, docuitque tum moris fuisse, ut iuvenes Romani multo ante legitimam aetatem stipendia facerent, aut voluntate, quo maturius tirocinio deposito in iudiciis versarentur, aut coacti, quod propter bella perpetua iuventutis, quae patiens militiae esset, penuria esse coeperat. Hine lex Cai Gracchi orta: *νεώτερον ἐτῶν ἑπτακαίδεκα μὴ καταλέγεσθαι στρατιώτην.* cfr. Liv. XXV. 5. Duk. ad Liv. XXVI. 25. 11; Varges. l. l. p. 35—39. qui multa aliena immiscuit. Facile igitur fieri potuit, ut Lucilius vix quindecim annos natus eques mereret; qua in re Baylius maxime offendit, qui suo iure monuit, non omnes qui in contubernio imperatoris aut eius cohorti, quae dicebatur, adscripti fuerint, stipendia esquestria fecisse. Quod ut concedamus, tamen, quod haec militia erat honorificentior, hoc iuvenis dignitati atque ingenii praestantiae dari potuit. Iam quod idem Scipione et Laelio familiariter usus esse dicitur, statuendum est, homines illos egregios pueri ingenio de-

lectatos, eum in amicitiam recepisse; quod idem et Archiae poetae admodum iuveni contigerat, ut nobilissimis viris gratus esset atque iucundus. Qui autem ingenii maturitatem et laudem poeticam in puero admirantur, ii admonendi esse videntur, aliam poeticae facultatis, aliam doctrinae esse rationem. Multi enim ipsius naturae habitu prope divino iam primis pueritiae annis clari poetae exstiterunt, quae laus postea, cum ratio quaedam atque conformatio doctrinae accessisset, novo splendore aucta est. Tibullus vix tredecim annos natus Messalam in bellum Aquitanicum comes secutus est; credo, quod homo doctus atque litteratus de ingenio adolescentis bonam spem conceperat, eum cognitione et amicitia dignum iudicavit. Cicero, cum praetextatus esset, gloria ingenii omnibus antecelluit. Quid! quod Catullus et Propertius et ipsi multo ante vigesimum aetatis annum et carmina composuerunt, et poetica laude inclaruerunt? Sed in quo poesis genere versatus est Lucilius, id facilius etiam a puero tractari potuit, quod, domi natum et a majoribus traditum, non tam multis studiis atque doctrina constat, quam animi libertate et ingenii vena celebratum fuit. Quidni igitur statuamus, puerum praetextatum, in ridendis hominum vitiis acrem atque facetum, cum animi candore atque ingenuo et libero fastidio, tum orationis festivitate atque facundia gratiam Scipionis meruisse? quanta enim familiaritas inter Scipionem et Lucilium intercesserit, Horatius testis est:

Quin ubi se a vulgo et scena in secreta remorant
Virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli,
Nugari cum illo et discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soliti;

ad quos versus haec Commentator addit: „f..... Scipio Africanus enim et Laelius feruntur tam fuisse familiares et amici Lucilio, ut quodam tempore Laelio circum lectos triclinii fugienti Lucilius superveniens cum obtorta mappa quasi feriturus sequeretur." Quo quidem cum loco egregie Cicero consentit, qui auctor est, de

Or. II. 6. 22. Laelium semper fere cum Scipione rusticari eosque incredibiter repuerascere solitos, cum rus ex urbe tanquam e vinculis evolavissent, conchasque et umbilicos ad Caietam et Laurentum legere consuesse et ad omnem animi remissionem ludumque descendisse. Tanti viri comitas ut ad amicitiam facilis, ita ad virtutum igniculos in animo adolescentis suscitandos aptissima fuit. Sed ne contentionis quam veritatis magis studiosi esse videamur, demus hoc tot hominum doctorum controversiis, ut Hieronymum in annorum computatione errare potuisse concedamus, dumne aliquis nescio quam necessitatem iactet, et, quaecunque nova afferantur, probabiliora ducat, quam quae adhuc scriptorum testimoniis satis confirmata esse videbantur. Non multo certiora quam annus natalis atque fatalis Lucilii reliqua sunt, quae de eo traduntur. Sed Suessae Auruncae loco equestri vel senatorio illum ortum esse et Ausonius Epp. 15 significat „Rudes Camenas qui Suessae praevenis" et recte ex Iuvenalis versibus sat. I. 19. concluditur: „Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo, Per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus" ubi cum alii scholiastae vel Lenium vel Turnum vel Sillum intelligant, vetus Commentator, qui a Barthio detectus a Cramero editus est, haec adscripsit: „Magnus quoad ingenium; Dicit de Lucilio, qui fuit ex Affrunca civitate." De Genere cfr. Scholiasta Cruquianus ad Hor. Serm. II. 1. 75. *infra censum Lucili.* „constat enim Lucilium maiorem avunculum Pompeii fuisse; etenim avia Pompeii soror Lucilii fuerat" quod confirmat Velleius Paterc. II. 29. fuit hic (Pompeius) genitus matre Lucilia stirpis senatoriae. Iam quae reliqua Lucilii vita fuerit, ex paucis, quae servata sunt vestigiis, intelligi vix potest. Facile adducor ut putem, eum bello Numantino confecto cum Scipione in urbem redisse. Num autem rem publicam capessiverit, cuius rei Pighius auctor est, qui eum a. 127. quaesturam, a. 117. praeturam gessisse statuit, ne probabiliter quidem coniici potest. Rei pecuariae illum studuisse dictum illud Appianum comprobat;

de quo cfr. Cic. de Or. II. 70. 284. ubi haec: nihil magis ridetur quam quod est praeter exspectationem: cuius innumerabilia sunt exempla, velut Appii maioris illius, qui in senatu, cum ageretur de agris publicis et de lege Thoria et premeretur Lucilius ab iis, qui a pecore eius depasci agros publicos dicerent: non est, inquit, Lucilii pecus illud, erratis: (defendere Lucilium videbatur) ego liberum puto esse; qua lubet, pascitur." Dubitari potest, num Lucilius poeta intelligendus sit; est tamen probabile, quod in alio homine minus noto Ciceronem nomen gentile additurum fuisse putaverim; sed operae pretium est, hominum doctorum somnia de hoc loco conferre, quorum alter Lucullum pro Lucilium repositum esse voluit, alter *pecus* Lucilii plebem intelligit, cui vectigal agri publici per Thoriam legem concessum esset. Manifeste enim respici consuetudinem Lucilii, qui petere singulos cives, arripere primores populi populumque tributim nunquam dubitaverit!! Eiusdem fere generis est van Heusdii opinio, qui e versibus Lucilianis:

Publicanus vero ut Asiae fiam scripturarius
Pro Lucilio, id ego nolo et hoc non muto omnia.

eum publicanum fuisse statuit et fortasse decumanum, cum ex ipsis illis versibus facile aliquis eruerit contrarium. Neque plus faciunt aut ad poetae ingenium recte aestimandum, aut ad vitam eius illustrandam, quod iter in Siciliam fecisse et sub Velia domum habitasse dicitur, quae Antiochi regis filio obsidi publice aedificata fuerat. Nam bene nummatum Lucilium fuisse, iam Horatii verba declarant: „Quicquid sum ego, quamvis Infra Lucili censum." Ceterum facile credideris acerrimum vitiorum irrisorem et ipsum a multis fuisse impugnatum. Quo referenda sunt, quae Auctor ad Herennium habet II. 13. 19. „C. Caelius iudex absolvit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat;" Graves inde inimicitias inter Lucilium et illum iudicem ortas esse statuunt, et duos versus, qui reliqui sunt, eo referendos esse censent:

Nunc Cai quoniam incilans nos laedi' vicissim.

Ut semel in Caeli pugnas te invadere vidi;

qua de re penes intelligentis sit iudicium. Sed plane ridiculum est, quod ex verbis Varronis: „*Inde post in urbe Lucili pistrina vel pistrix*" fuit, qui colligeret, pistrinum quidem proprium illum habuisse, in quo animi aut valetudinis causa ad pistoris opus incubuisse et pilum tractasse videatur. Sint enim verba Varronis subobscura, quod iam Scaligerus viderat, tamen hac certe interpretatione difficultas non tollitur. Hoc tantum ex loco Varronis colligi posse putaverim, maxime Lucilio auctore usum vocabulorum *pistrina* et *pistrix* invaluisse; *in urbe* adposuit, quod haec potissimum sermone urbano celebrata fuisse videntur. Iam quae causa fuerit, cur Lucilius postea sedem fortunarum suarum Neapolin esse voluerit, num odia hominum fugerit, an alia de causa secesserit, nos quidem ignoramus. Hoc unum satis erat monuisse, quod publico funere elatus fuerit, hoc non paupertatis causa sed in honorem poetae factum videri.

Sed haec omnia, quam parum et ad ingenium et ad mores poetae declarandos faciant, facile est ad intelligendum; quare his omissis examinemus, in quantum fieri potest, quas res, quasve personas poeta in carminibus tractaverit; qua re et proprietas ingenii Luciliani et hominis mores totiusque vitae ratio manifestius aperiri posse videtur, quam paucis illis fragmentis, quae ad vitam eius illustrandam passim citantur.

§. 2. *De personis Lucilianis.*

Qua in disquisitione ne aliena misceantur, primum ea seiungenda esse censeo, quae e prioribus temporibus tetigit poeta; item omnia removenda puto, si quae tantum obiter alicuius rei illustrandae causa ab illo commemorata sunt. Praeterea in ipsorum Lucilii aequalium numero non pauci sunt, qui solius poetae testi-

monio ad nostram notitiam pervenere, tenuioris sortis homines, vel nullis maioribus orti, quorum commemoratio ad vitam moresque Lucilii aperiendos non ita multum facere videtur. His omnibus igitur, de quibus verbo monuisse satis erit, reiectis, primo loco ii videntur esse enumerandi, qui vel ingenio et moribus vel rebus a se gestis, vel natalium splendore, vel aliis quibusdam artibus insignes, a poeta digni habiti sunt, quos saturis suis intexeret, sive illorum facta in exemplum commemoraverat, sive eorundem res cum quadam orationis festivitate enarraverat.

Primum igitur Lucilius de ipso Publio Scipione Aemiliano accuratius egisse putandus est. Cuius rei testis est ipse Horatius S. II. 1. 16. „Attamen et iustum poteras et scribere fortem (scil. Augustum) Scipiadam ut sapiens Lucilius." Quae quidem ad Aemilianum non ad maiorem Scipionem pertinere manifestum est; id quod iam ex ipsius nominis patronymici forma intelligi potuit. Falso enim eius formae auctorem Virgilium laudat Priscianus II. 6. 33. cum potius Lucilius illius inventor habendus sit, quem secuti sunt Lucretius, Virgilius, Horatius, Propertius, Manilius alii. cfr. Lucilii fr. inc. 6. „Cornelius Publius noster Scipiadas dictus." Cum enim ea fere nominum patronymicorum ratio sit, ut ad claritatem eius referantur, qui alicuius generis auctor esse perhibetur, vel a quo eiusdem amplitudo nova quaedam incrementa ceperat, Lucilius a primaria vocis notione nondum recessisse sed propriam eius vim retinuisse videtur. Quae longe aliter in Virgilio fuerunt. Nihilominus tamen vel Maioris Scipionis Africani res Lucilium passim tetigisse non negaverim; modo ne quis res ab illo gestas accuratius a Lucilio enarratas fuisse statuat. Quidni enim in poesi varia atque multiplici praeclara facinora P. Scipionis Africani maioris commemorentur? quod ut statuamus, facit et repetita Hannibalis commemoratio cfr. p. 65. 13; 50. 24; et versus a Nonio citatus p. 47. Ed. nostrae. „*Testes sunt Lati campi quos gerit Africa politos.*" Sed ne Scipionis Aemiliani quidem res Lucilium de

industria celebrasse putaverim. Nam et immodicae laudes et accurata rerum bellicarum expositio a liberrimo illius viri ingenio et ab orationis festivitate nimis quantum abhorruerunt. Quare e tantis rebus, quas retulit, flores modo eum decerpsisse putaverim, et si quae fusius persecutus erat, quale deorum concilium, de Lupi iniuriis habitum, fuisse existimo, multum salis adspersum fuit. Lucilio autem non id fuisse propositum, ut res a Scipione Aemiliano gestas illustrandas susciperet, id ex ipsius Horatii verbis intelligitur, qui cum Augusti res scribere recusasset, tamen eius iustitiam atque fortitudinem celebrare iubetur a Trebatio. Quod quidem a Lucilio passim factum fuisse, ubi res et tempus monuerit, ipsis fragmentis satis confirmâtur. Cuius rei saepius ei locus datus est, quod Scipio Aemilianus cum rebus gestis clarus, tum non minorem laudem facetiis atque dicendi lepore inter aequales adeptus est. Ex hoc genere est, quod p. 25. 22. laudatur, ubi rem tangit, quam Cicero de Or. II. 66. 268. et Aurelius Victor de Vir. Illustr. 58. enarraverunt. Multa enim acute vel iocose dicta, quae Cicero in libris de Or. commemorat, ex Lucilio hausta esse putaverim. Neque silentio praetermisisse videtur, si quae in ipso Scipione minus probanda ei videbantur, sed ut hominis faceti est, non deridendum quidem amicum aequalibus propinavit, sed eundem leni irrisione cavillatus est. Ita fragm. inc. 7. peculiarem Scipionis pronuntiationem vocabulorum *rederguisse* et *pertisum* irrisit, quod ille tenuitatem quandam secutus esse videtur, quam Grammatici etiam in Iulio Caesare notarunt, qui *lacrimae, maximus, memordi, pepugi, spespondi, mancipium, aucipium, manibiae*, primus scripsisse narratur. cfr. Cassiod. de Orth. Col. 2248. Charis. l. I. col. 95. Vel. Long. I. 7. 25. ,,quid dicam *vortices* et *vorsus* ceteraque ad eundem modum, quae prima Scipio in E litteram secundam vertisse dicitur?" cfr. Id. I. 7. 23. quid? Non Cato Censorius *dicam* et *faciam, dicem* et *faciem* scripsit? Quibuscum conferenda sunt, quae de pronuntiatione vocabuli *pretor*

Lucilius habet, fr. inc. 96. Ex quo loco intelligitur hanc pronuntiationem habitam fuisse elegantiorem, alteram rusticis magis fuisse usitatam, qui *πλατειασμὸν* quendam sequebantur.

Multo difficilius est ad intelligendum, quo fragm. sextum ex incertis pertineat. Nam ne singula quidem verba satis manifesta sunt; et maxime quidem homines docti in interpretatione verborum: *tempus cum torqueat ipsum oti deliciis* haesitarunt. *torquere* enim non eodem sensu dictum esse, quo *labore* et *cura torqueri* id iam verba, quae sequuntur, *oti deliciis*, satis comprobant. Quare potius statuerim *torquere* h. l. fere idem esse quod *circumagitare*, et significari Scipionis spatia sive ambulationes cum amicis, quibus propter otium indulgere illi licebat. Sed me non fugit, alios verba *oti deliciis* ad sequentia trahere et *orci d.* emendare; sed talis structurae sensum multo minus assequor, neque quid coniectura nuper ab homine docto proposita: *tempus qui torquet et ipse | Oti et deliciis Licino scurrae atque cinaedo"* sibi velit, satis intelligo. Sed quicunque loci vexatissimi sensus erit, hoc satis manifestum esse videtur, cum quadam cavillatione notatum fuisse in Scipione otii studium; ut Africanum maiorem in Sicilia rumores ferebant, cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio et libellis palaestraeque operam dare." cfr. Liv. XXIX. 19.

Ad Africanum quoque pertinet, auctore Cicerone de Or. II. 62. 253. fr. inc. 8. quibus verbis ille Q. Decium adpellasse videtur, quid tr. pl. a. 634. L. Opimium C. Gracchi interfectorem maiestatis accusavit. cfr. de Or. II. 30. 132. Liv. Epit. 61. Sed haec decem certe annis ante dicta esse per se patet, cum P. Scipio a. 129 diem supremum obierit. De sensu huius loci iam in adnotatione critica pauca memoravimus, quae eo confirmari videntur, quod ille tribunus non modo seditiosus et avarus, sed etiam luxuriosus et sumptuosus fuisse dicitur. Cic. de Or. II. 31. 133. ita ut luxuriae eius notandae iam antea P. Scipioni facultas fuerit.

Alter, quo familiarissime usus est Lucilius, fuit Laelius sapiens;

cuius nomen in fragmentis passim laudari, non est quod miremur. Iam sex priora fragmenta Lib. quarti ad Laelii personam, probabilitate quadam ductus, Dusa retulit, quippe quae omnia ad frugalitatis laudem, et ad deridendam luxuriam spectant. Et primum quidem atque secundum non ita longo spatio inter se disiuncta fuisse videntur; nam quod antecedit: *gumias adpellans*, id ipsum sequenti Laelii oratione explicatur; cuius pars etiam fr. 4. fuisse videtur. Contra fr. 5. et 6. arctius inter se iuncta fuisse putaverim; inducitur enim, opinor, Laelii persona, de exquisitissimis cibis, qui tum in hominum luxuriosorum deliciis fuere, disputans, ut quam vana atque inania gulae gaudia sint, exemplis doceat. Caeterum fragmentum tertium melius interpungendum: *bene cocto, condito, sermone bono, si quaeris, lubenter.* scil. *utimur*, ubi ad priora *cibo* supplendum est; sunt enim Laelii verba, ad irridentis gumiae importunas interrogationes multo cum lepore respondentis. Fortasse etiam fr. 14. lib. IV. ad luxuriam illius aetatis illustrandam pertinet. Praeterea antiquum eius rigorem in petendis honoribus tangit; quo fr. 12. lib V. referendum; Laelii enim nomen eo loco optimi Codicis auctoritate confirmatum est. Laelius idem fere de se confessus esse videtur, quod L. Philippus apud Ciceronem de Off. II. 17. 6; „se sine ullo munere adeptum esse omnia, quae haberentur amplissima," quare Cicero illum moderantissimum et continentissimum hominem adpellat. pro Archia 7. Iam non negaverim etiam alia loca satis probabiliter ad Laelium eiusque ingenium et mores adumbrandos posse referri, sed cum satis habeamus ea commemorasse, de quibus dubitari non possit, haec omnia omittenda esse duxi.

Iam ut ad aequales Scipionis et Laelii transeamus, primum Licinii commemorandi sunt, qui et auctoritate et opibus plurimum valuere. Qua ex familia fuit vetus ille M. Licinius Crassus *ἀγέλαστος*, quem semel ait in vita risisse Lucilium Cic. Tusc. III. 15. 31. de Finn. V. 30. 92. cfr. Plin. N. H. VII. 19. dictum, quod risum

eius movisse fertur, infra fr. inc. 200. in versum includere tentavimus: *labraque habent similem lactucam asino comedente | Carduos.* cfr. loca S. Hieronymi infra p. 106 et 107. exscripta. Ceterum Crassus ille avus M. Crassi fuit, qui bello Parthico periit et pater P. Crassi Divitis, qui de Lusitanis triumphavit. Praeterea a Lucilio commemoratus est P. Licinius Crassus Dives Mucianus, P. F. P. N. P. Mucii Scaevolae filius et a P. Licinio Crasso Divite adoptatus, quem Aulo Gellio teste N. A. I. 13. 10. Sempronius Asellio et plerique alii scriptores historiae Romanae quinque bonarum rerum maxima et praecipua assecutum tradunt, quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod iuris consultissimus, quod pontifex maximus. quem haud dubie Lucilius eo numero complexus est, de quibus Lib. X. 1. agit. „Honorum est iudicium Crassis, uti scripsimus ante; hoc est, quid sumam, quid non, in quoque locemus." Eo quidem loco alii *bonorum* emendant, quod haud dubie ad solas divitias referunt. Sed rectius etiam ad contentionem honoris refertur, quod inter Crassum et Scipionem fuit, cum uterque imperium in Aristonicum sibi potissimum demandari vellet. qua de re cfr. Cic. Phil. XI. 8. 18. Sed gravior etiam causa fuit eius commemorandi, quod fautor Ti. Gracchi, obtrectator et invidus Scipionis Africani minoris esse putabatur. cfr. Cic. de rep. I. 19. 31. Ac. Quaest. II. 5. 13. Crassi quoque oratoris mentionem fecerat, cuius et socero, Mucio Scaevolae, poeta subiratus et ipsi, minus quam volebat, familiaris fuit. Cic. de Or. I. 16. 72. Scaevolae igitur personam verba, quae et fr. 4. et quinto ex incertis leguntur, loquentem induxerat, quo loco simul in Albucium illuserat. Et Mucium quidem non uno loco ab eo fuisse notatum testes sunt Iuvenalis S. I. 154. et Persius S. I. 114. Duo antem Mucii fuerunt, quorum mentionem Lucilius passim fecisse videtur. Alter enim, P. Mucius P. F. Scaevola, P. Crassi Muciani frater, fuit et ipse inimicus Scipionis et Tiberio Graccho auctor legum fuisse putabatur eiusque factioni favebat. cfr. Cic. Ac. II. 5. 13; de Or. II.

70. 285. Nihilo minus tamen arma, quae privatus P. Scipio Nasica ceperat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit. Cic. pro Plancio. 36. 88. Qua ex re id certe manifestum est, quamvis ille ius civile constituerit et scientiam illam in gentem Muciam intulerit, tamen eius inconstantiam fuisse reprehendendam. Alter autem Q. Mucius Scaevola augur, cum Laeliam C. F. in matrimonium duxisset, ex ea duas filias Mucias susceperat, quarum altera Crasso oratori nupserat. Mucius igitur apud Lucilium Athenis Titum Albucium propter Graeci sermonis affectationem irrisit, qui se plane Graecum dici voluit; quare a Scaevola praetore illum Athenis Graece salutatum fuisse multa cum venustate et omni sale finxerat Lucilius. cfr. Cic. de Finn. I. 39. et fr. 3. ex incertis. Sed ut ad Crassos redeam, non ex gente Licinia fuit Crassus *πάναιϑος*, quem Lucii Cottae filium fuisse Lucilius auctor est fr. 3. L. XI. cui cur hoc cognomen inditum fuerit, vix probabiliter constituas; quodsi enim ille est intelligendus, quem Cicero de Or. III. 11. 42; gavisum esse ait gravitate linguae sonoque vocis agresti, ita ut non oratores antiquos sed messores imitari videretur, nonnisi per irrisionem eum *πάναιϑον* appellatum fuisse facile credideris. Ceterum ex hoc loco non sequitur, Aureliis quoque cognomen Crassis fuisse; cum enim senes *crassi*, hebetes intelligantur, facile fieri potuit, ut homo ille subrusticus *Crassus* et ioci causa *πάναιϑος* i. e clarissimus vocaretur. Ceterum eius patrem L. Aurelium Cottam Lucilius ob eandem rem notavit, quae a Valerio Maximo narratur VI. 3. 4; noluit enim ille, cum tr. plebis esset, fiducia sacrosanctae potestatis, creditoribus suis satisfacere; sed decreto tribunorum debitam pecuniam solvere coactus est. Idem a Publio Cornelio Scipione accusatus est, neque tam multum ei profuit, quod a Q. Metello Macedonico defensus est, quam quod eximia accusatoris dignitate reum obrui iudices noluerunt. cfr. Cic. pr. Mur. 28. Div. in Caec. 21. Brut. 21. Iam antea Scipio eundem offenderat, quod

contentione inter illum et Servium Sulpicium Galbam orta, uter adversus Viriathum in Hispaniam mitteretur, cum magna inter patres conscriptos dissensio esset, neutrum mitti, sibi placere respondit, quia alter nihil habeat, alteri nil sit satis. cfr. Val. Max. VI. 4. 2. id quod Lucilius versu significasse videtur, qui apud Isidorum Origg. I. 25. legitur; quem ego quidem Lucilii esse nullus dubito. cfr. Inc. 12. p. 103. *Graecia Sulpitio sorti data, Gallia Cottae.* Ceterum Cotta iam hanc ob causam Scipioni adversarius fuisse videtur, quod factioni Gracchanae favebat. Sed ex acerbissimis illius inimicis fuit C. Papirius Carbo, quem Lucilius haud dubie saepius perstrinxerat; nam Lib. I. fr. 4. illum *Neptuni filium* appellavit, ferocissimum et immanem et alienum ab omni humanitate eum fuisse significans, cuius et periurium et impietatem incusavit. Contra morum quaedam similitudo et lepidum Granii ingenium Lucilio ansam praebuisse videtur eius saepius commemorandi; quod significatur fr. 6. Lib. XI, *coniicere in versus dictum Praeconi' volebam, Grani.* qui quidem homo non plebi modo erat gratissimus, cuius laudibus eius dicta celebrabantur, sed etiam multis nobilibus familiariter utebatur, quos saepius asperioribus facetiis volnerabat. cfr. Cic. Br. c. 43, 160; 46, 172; de Or. II. 60. 62. 70. ad Fam. IX. 15. pro Plancio 15. Horum enim hominum iudiciis Lucilius sua carmina potissimum probare voluit, quippe qui dicere soleret, neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse; quare etiam scripsit *Persium non curo legere*, qui omnium fere Romanorum ille tempore fuit doctissimus; et paulo infra: *Laelium Decumum* volo, qui vir quidem bonus et non illiteratus, sed nihil ad Persium fuit. Cic. de Or. II. 6. 25. Huic enim Persio nonnulli tribuebant C. Fannii, C. F. orationem de sociis et nomine Latino contra Gracchum Cic. Brut. 26. Ipsius autem Scipionis et Rutilii iudicium adeo reformidaverat Lucilius, ut Tarentinis et Consentinis et Siculis se scribere diceret. Cic. de Fin. I. 3. 7. quod

non eodem loco dictum esse, quo superiora, recte animadversum est. Quicunque enim ille Laelius Decumus fuit, de quo nil compertum habemus, certe homo litteratus fuit; sed Tarentinos Consentinos et Siculos cum dicit, rudem et incultam plebeculam intelligit, quorum hominum vernaculae festivitati haud dubie versus ille ducenti, quos saepius Lucilius dictabat stans pede in uno, erant multo aptiores quam gravissimorum et doctissimorum hominum severitati. Et vere quidem ita sensisse Lucilium testimonio est, quod tertio loco idem fere dixerit: *Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum volo"* Plin. N. H. Ep. ad Vespas. p. 4. Ed. Bip. quem quidem locum a Cicerone in libris de republica laudatum fuisse, Plinius auctor est: l. l. „quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum, dicendum sibi putavit; si Cicero mutuandum, praesertim cum de republica scriberet." Cuius loci sententiam iis fuisse simillimam, quae supra ex Ciceronis libris de Fin. laudavimus, facile credideris, cum et verba *et doctissimis* antecedant, et iterum *Manii* Persii mentio fiat; sed ex iisdem etiam perspicitur loci diversitas, quod non *Laelium Decumum* sed *Iunium Congum* illi opposuit; qui, quamvis aliunde non notus sit, tamen non pro fictitio nomine habendus est. Et hoc quidem inprimis in laude ponendum est, quod Lucilius non Graecam orationis elegantiam affectavit, sed purum illum et incorruptum priscae Latinitatis colorem in carminibus expressit. Etsi enim Horatius Lucilio et ipsi vitio dedit, quod Graeca verba Latinis miscuerit, tamen haec negligentia plane aliena est a putida illa Graecae poesis imitatione, quae non modo omnem nativum sermonis leporem corrumpit, sed ipsum ingenii acumen hebetat atque obtundit. Ne quis igitur statuat Graecae poesis studium aut a Lucilio aut ab eius amicis, Scipione, Laelio, Rutilio fuisse neglectum; sed plane diversam rationem eo secutus est, quod Graecorum laudem aemulari, non operose et anxie vestigia illorum legere studebat. Stultum illud imitatorum pecus, cuius haud dubie in urbe magna

erat copia, in persona Albutii irrisisse videtur, quem ut alios multos illis temporibus ita patriae puduit, ut Graeculus quam Romanus nominari vellet. Accessit plerumque in eiusmodi hominibus Graecorum vitae studium, quod ipsum *Graecari* Horatius dicit; ita, dum asperitatem fugiebant, mores effeminatos et dissolutos aliorum imitabantur. Haec omnia in Albutio fuere; quippe qui diu Athenis vixerat, perfectus Epicureus evaserat, et damnatus aequissimo animo Athenis philosophabatur; praeterea erat in eodem minutae et artificiosae orationis studium, quem infinitum et puerilem laborem scite Scaevola exagitavit:

„Quam lepide λέξεις compostae ut tesserulae omnes
Arte, pavimento atque emblemate vermiculato."

Cfr. Cic. Or. 44. de Finn. I. 3. 9. Ne tamen aliquis ex fine orationis, quam a Scaevola habitam esse fingit Lucilius, *„hinc hostis mi Albucius hinc inimicus"* hoc sibi persuadeat, hinc inimicitias inter Scaevolam et Albucium ortas esse; multo ante enim Scaevola ab Albucio repetundarum accusatus sed absolutus fuerat; cfr. Ellendt. hist. Eloq. Rom. p. LXXIII. interpp. ad Cic. Scaur. p. 202. Beier. Scaevolae oratio igitur a Lucilio exornata fuerat, qui illum locum cum multa venustate et omni sale pertractaverat. Cuius satirae acerbitas magis etiam excusationem habet, si ille Albucius erat idem, quem Varro in libris de re rustica apprime doctum fuisse auctor est, cuiusque libellos Luciliano charactere commemorat. Variant quidem libri in praenomine, quod Varro *Lucium*, Lucilius *Titum* fuisse testis est; sed haec res non impedivit Ernestium, quo minus eundem hominem esse statuerit; quod mihi quidem contra videtur. quamvis enim praenomen *Marcus*, quod in minus bono libro apud Ciceronem de Officiis II. 14. 50. est pro glossa habeas, tamen vix adduci possum ut putem, aequalem Lucilii Luciliano charactere scripsisse; neque Varro, si hoc statuit, his quidem verbis hoc dicere voluisse videtur. Sed Ernestii iudicium et Beierus et Orellius secuti sunt. —

At multo magis quam domesticarum rerum fastidium, quod in litteratis hominibus notavit Lucilius, hominum factiosorum et potentium perversitatem perstrinxisse videtur. Sed hoc in numero non Aemilium Scaurum posuerim, quem multi fragmento 6. lib. II. significatum esse statuant, quid enim verba illa sibi volunt? „*Quae ego nunc Aemilio praecanto atque exigo atque excanto*," quodsi enim aliquis haec ita interpretatur: „haec ego saepius Aemilio inculco, atque haec ab eo exigo atque extorqueo," tamen vix in rebus ab illo homine gestis invenias, quae his verbis illustrentur.

Sed Q. Opimi mentionem fecerat, et quidem non ante annum DCXLIV U. C. etsi enim patris Quinti ingenium et mores illustrat, tamen quod filium *Iugurthinum* appellavit, hoc vix ante fieri potuisse videtur. Imo illud cognomen nonnisi post damnationem ei inditum fuisse putaverim. Eiusdem aetatis fuit *Postumius Albinus*, quem p. 65. fr. 18. tetigisse videtur. „Cohibet domi maestus se Albinus, repudium quod filiae remisit" *Aulus* an Spurius intelligendus sit, dubium est. Spurium simul cum Opimio a Gracchanis iudicibus damnatum in exilium abiisse Cicero auctor est. Brut. 34. 128. Sed quod hoc loco legitur, ad domesticam labem eiusdem viri pertinere videtur; ut enim alias repudium sponsae vel uxori remittitur, hoc loco filiae idem remissum fuisse dicitur; vix enim, *filiae* pro genitivo habeas, ita ut dativus subintelligendus sit. Longo diversus ab illo est Sp. Postumius Albinus Magnus, Consul eo anno, quo Lucilius, teste Hieronymo, natus est, quem poeta in prooemio libri allocutus esse putatur, cfr. fr. inc. 1. *Virtus Albine est, pretium statuere verum* etc. Sed nescio an rectius etiam A. Postumius A. F. A. N. Albinus intelligatur, qui consul cum L. Licinio Lucullo fuit, doctus sane homo, litteratus et disertus, ut indicat ipsius historia Graece scripta, quam Polybius *πραγματικὴν ἱστορίαν* adpellavit. Polyb. XL. 6. p. 715. Ed. Schweigh. qui si ultra sexagesimum annum aetatem produxit, et

Lucilio adulescentulo familiariter uti, et ab eodem coli et observari potuit, fortasse ad eundem fr. 1. L. II. referendum est: „*quem cum vidissent Hortensius Postumiusque.*" Sed praecipue multus est Lucilius in Lupi factis commemorandis, quem non uno loco notavit. Primum illum hominibus impiis et periuris adnumerat, fr. 4. Lib. I. tum eius pravitas in sententia iudicis ferenda reprehenditur Lib. XXIX. fr. 1. idem luxuriae accusatur fr. inc. 193. cfr. Pers. S. I. 114. secuit Lucilius urbem, Te, Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis. Horat. S. II. 1. 67. aut laeso doluere Metello famosisque Lupo cooperto versibus." Iam quaeritur, qui Lupus ille fuerit, quem vitiis infamem fuisse testatur Lucilius? Respondet Orellius: fuisse L. Cornelium Lentulum Lupum Cos. a. U. C. 598; quem aequalem Scipionis atque Laelii fuisse ex Horatii versibus colligi posse videtur. Quod enim van Heusdius statuit, tantum nomen Metelli ad Scipionis aetatem esse referendum, id vide ne sit audacius coniectum. Simul enim statuendum est, Horatium et inconsideranter et oscitanter esse locutum, qui homines, longo temporis spatio disiunctos, tanquam aequales composuerit. At Commentator Cruquianus ad Horatium l. l. P. Rutilium Lupum intelligit, qui Consul fuit cum Iulio Caesare anno 664. quod propter ipsas temporum rationes fieri posse negat Orellius, quod C. Lucilius iam a. 552 mortuus sit. Orellio adsentitur Plum. ad Persii Sat. I. 114. cfr. etiam Dübner. in Edit. Casaub. p. 111. et Pass. Ed. Persii p. 236. qui Scholiastae auctoritati abstipulatur. Sed recte animadversum est, P. Rutilium Lupum, si suo anno aut paulo post, annos quinquaginta natus, consul creatus fuerit, vivo Scipione, qui a. U. C. 625. diem supremum obiit, vix annum decimum quintum explevisse; neque ulla est fama, eum amicitiae vinculo cum Scipione iunctum fuisse. Sed a Metello, propter dissensionem, quae erat in republica, etiam alienatus est Scipio. (Lael. 21.) quanquam dissensionem inter eum atque Metellum sine acerbitate fuisse Cicero auctor est; de Off. I. 25. sed in libris de rep. I. 19. Metellum

in numero obtrectatorum et invidorum Scipionis fuisse narrat: ,,obtrectatores autem et invidi Scipionis, initiis factis a P. Crasso et Appio Claudio, tenent nihilo minus illis mortuis, senatus alteram partem dissidentem a nobis, auctore Metello et P. Mucio." Qua de re fortasse rectius Val. Max. IV. 1. 12: ,,Eorum ab aemulatione virtutis profecta contentio, ad graves testatasque inimicitias progressa fuerat." Iam nihil plane ad has inimicitias pertinere versum 66. fr. inc. p. 89. facile est ad intelligendum. Sed ut hominem pessimi exempli haud dubie *L. Hostilium Tubulum* descripserat; quippe quem aperte in numero impiorum, periurorum et sacrilegorum simul cum Carbone et Lupo ponit. cfr. Cic. N. D. I. 23. 63. cfr. Id. N. D. III. 30. 74. et inprimis de Finn. II. 16. 54. quae loca Orell. in Onomastico collegit. Ex quibus omnibus hoc videtur esse manifestum, non modo hominum sermonibus, sed multo magis Lucilii carminibus tum fuisse exagitata illis hominis scelera, ut postea citaretur inter exempla. Quod enim et alias saepius fieri videmus, ut qui homines aut virtutibus clari aut vitiis infames fuerint, saepius commemorentur in exemplum, id nescio an apud ullum populum magis factum fuerit quam apud Romanos; apud quos *Maenius*, *Nomentanus*, *Alfius* et quae innumera apud Horatium passim laudantur nomina, ad certa quaedam vitia illustranda adhibentur. Id quod in moribus populi positum est, qui et ex rebus, et ex personis, quas viderit, exempla in utramque partem capere soleat. Hinc etiam partim imitatio illa Lucilii fluxit, quam et in Horatio et in Persio deprehendimus. Multa enim nomina in proverbii vim abierunt et communi consensu ad certos quosdam mores designandos adhibebantur, quod quidem institutionis genus etiam Horatius laudat, quo se ipsum a malis moribus aequalium avocatum fuisse testatur. cfr. Hor. S. I. 4. 105 sqq. Quo ex genere fuit Publius ille Gallonius, fr. IV. 2. ob luxuriam infamis, qui, scholiasta teste ad Hor. S. II. 2. 46; primus accipenserem mensae suae adposuit, cuius quaestum et

sumptum etiam posteri venditabant. cfr. Hor. l. l. Cic. pro Quinct. 30. de Finn. II. 8. 24. et Ciceronianum illud „vivit ut Gallonius loquitur ut Piso ille Frugi" de Finn. II. 28. 90. quae supra dicta sunt, confirmat. Sed vulgatior etiam fama de *Maenio* fuit, quem *Pantolabum* dictum fuisse auctor est Acron. ad Hor. Ep. I. 15. 26. scilicet, quod, quicquid afferebatur, acciperet. Sed Acron et Porphyr. ad Hor. S. I. 8. 11. adnotarunt: fuit Mallius Verna (Scurra Cruq.) trans Tiberim ingenuis parentibus natus, qui, quia a multis pecuniam mutuam rogabat, Pantolabus est cognominatus. Pervenit ille, si Pseudo-Asconio in Div. p. 120. 121. Ed. Bail. fides habenda est, iam ante Lucilii aetatem in ora vulgi, quando quidem Catoni et Flacco censoribus domum suam vendidisse traditur, una columna excepta, quae postea Maenia dicta, apud quam fures et servos nequam triumvirum Capitalium iussu puniri solitos esse Pseudo-Asconius tradit. Sed ex loco Ciceronis Divin. in Verr. c. 16. „Vobis autem tanta inopia reorum est, ut mihi causam praeripere conemini potius, quam aliquos a Columna Maenia vestri ordinis reos reperiatis?" id potius perspicitur, cuius rei testis est Scholiasta Bobiensis, ibi debitores a creditoribus fuisse proscriptos. Eius nequitiam satis declarant verba Horatii S. I. 1. 112. „Ut vivam Maenius aut sic ut Nomentanus?" Sed quod fere fieri solebat, ut homines amisso patrimonio, se ad familiaritatem hominis alicuius bene nummati applicarent, cfr. Hor. S. II. 3. 18. „Postquam omnis res mea Ianum ad Medium fracta est, aliena negotia curo, excussus propriis" id Maenius quoque fecisse traditur cfr. Hor. Ep. I. 15. 26.

Maenius, ut rebus maternis atque paternis
Fortiter absumtis urbanus coepit haberi,
Scurra vagus, non qui certum praesepe teneret,
Impransus non qui civem dignosceret hoste,
Quaelibet in quemvis opprobria fingere saevus,
Pernicies et tempestas barathrumque Macelli,
Quicquid quaesierat ventri donabat avaro.

Hic ubi nequitiae fautoribus et timidis nil
Aut paulum abstulerat, patinas coenabat omasi
Vilis et agninae, tribus ursis quod satis esset.

Quae quidem prolixa atque verbosa hominis nequissimi descriptio mihi tota ex Lucilio expressa esse videtur, a quo solo auctore haec peti poterant. Facile enim est ad intelligendum, haec omnia ita ab Horatio enarrari, ut non primus ea memoriae prodere, sed potius, tanquam olim vulgata in memoriam aequalium revocare studeat. fragmentum Lucilianum igitur inc. 104. *Maenius columnam cum peteret*, ex varia eius vitae memoria excerptum esse videtur. cfr. etiam Hor. S. I. 3. 21. *Maenius absentem Novium cum carperet*, etc. Eadem est ratio versus Horatiani S. II. 1. 22. *Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem*, quem quidem versum ad diligentiorem eorundem hominum notationem, quam a Lucilio factam esse statuimus, pertinere nullus dubito. Non igitur ipsius Lucili verba puto, quod aliquis ex iis, quae adnotavi ad fr. inc. p. 103. 18. coniiciat, sed illorum nomina inde a Lucilii aetate decantata fuisse existimo, cfr. Hor. I. 1. 8. 11. *Pantolabo scurrae Nomentanoque nepoti*. Rem confirmant verba Horatii, quae supra laudata sunt, „*ut vivam Maenius aut Nomentanus*." Is igitur tertius est habendus ex grege illo gumiarum, quorum vitam moresque Lucilius adumbrasse videtur. quam ob rem Horatius eundem alio loco aperte cum luxuria coniungit, cfr. S. II. 3. 224. *Nunc age luxuriam et Nomentanum arripe mecum*. eademque de causa Seneca de vita beata c. 11. illum cum Apicio componit. cfr. Hor. S. II. 2. 175. Facit eius mentionem Lucilius loco illo difficillimo Lib. II. fr. 14. *Qui te Nomentane! malum iam caetera perdat!* ubi Dusa pro *caetera*, quod in libris est, *querquera* emendandum esse statuerat. Sed si quid mutandum est, ego quidem reposuerim *iam in tempore*" quod toti sententiae melius convenire videtur. Sed utcunque hic locus emendatus fuerit, hoc satis certum esse videtur, Nomentani mentionem a Lucilio factam fuisse. Recte

igitur mireris non solum Doeringium sed etiam Orellium ad Hor. S. I. 8. 11. adnotasse, Nomentanum illo tempore, quo Satira octava libri primi conscripta fuerit, etiam in vivis fuisse. Qui enim in S. VIII. libri secundi inter Maecenatis umbras loquens inducitur, eum a priori illo nomen quidem duxisse, sed toto coelo esse diversum, id alio loco docui. Qua ex re facile unus quisque sibi persuadeat, Horatium multo magis a Lucilio pendere quam vulgo statuant. Non enim satis habuit easdem res atque personas attigisse, sed multa, quae a Lucilio illustrata fuerunt, in suas satiras transtulit, ut pro notis et vulgatis uteretur, quae a Lucilio memorata, populi animis haerebant. Quin imo si Lucilii carmina integra aetatem tulissent, in ipso verborum usu magnam deprensum iri similitudinem existimo. Quae omnia non in eam partem dicta velim, ut de Venusini poetae laudibus detraham, sed, ut quam arcte Luciliana et Horatiana Satira inter se iunctae sint, manifestius ostendam. Verba quod attinet conferatur *Canusinus bilinguis* Horatii cum *Brutate bilingui* Lucilii; huius, *Valeri sententia dia* cum *Catonis sententia dia* H. S. I. 2. 32. Et integros quidem versus ex aliorum poetarum carminibus tanquam sententiarum lumina et orationis ornamenta suis carminibus intexere eosque repetere etiam alias moris fuisse satis constat. Quo ex genere fortasse versus est ab Orellio laudatus: *scilicet uni aequus virtuti atque eius amicis*. Addat aliquis: *Pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum* S. I. 2. 27; I. 4. 92. „*Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem*," alios quos memorare longum est; neque pro certis ponenda sunt, quae meris coniecturis continentur. In ipsius argumenti, quod Satirarum poetis fere idem esse solet, expositione atque enarratione Horatium aliquoties vestigia Lucilii esse secutum, iam antiqui Scholiastae auctores fuerunt. Iter igitur Brundusinum compositum esse tradunt ad exemplum tertii libri Lucilii, in quo ille iter ad fretum Siculum fusius enarraverat. Praeterea quemadmodum Lucilius ad villicum Aristocratem librum scripsisse fertur,

ita Horatius in epistola XIV. villicum suum adpellat. Quam Aesopicam fabulam de vulpe atque leone Lucilius in carminibus expresserat, eandem et Horatius attigit Ep. I. 1. 67. Multus fuit Lucilius in priorum poetarum Ennii, Pacuvii, Accii carminibus irridendis, cfr. Schol. ad Hor. S. I. 10. 50. cfr. Aul. Gell. N. A. XVII. 22. „Neque magno intervallo postea Q. Ennius et iuxta Caecilius et Terentius ac subinde Pacuvius, ac Pacuvio iam sene Accius, clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit." Haud dissimiliter Horatius in eo desudat atque elaborat, ut aequalium iudicia de antiquioribus poetis corrigat atque emendet; quantumque illis tribuendum sit, accuratius exponat. Praeter personas autem, quas supra commemoravi, quorum et apud Lucilium et Horatium fiat mentio, *Opimius* est nominandus, cuius avaritiam cum Lucilius accuratius exposuisset, Horatius et ipse notavit S. II. 3. 142. Praeterea Gracchi et Muci nomina, quae saepius in Lucilii carminibus notata fuerant, Horatius ita usurpavit, ut illis et oratorem et iurisconsultum designet Ep. II. 2. 89. Pythias ancilla, quam scholiastae personam Lucilianae poesis fuisse animadvertunt, quippe quam ex alius poetae comoedia in saturam transtulisse videtur, Horatius quoque ita commemorat, ut facile intelligas, eum lectores ad Lucilium fabulae auctorem relegare. cfr. Ep. II. 3. 238. *Pythias emuncto lucrata Simone talentum;* cfr. Ep. I. 13. 14. ubi eodem modo Pyrrhia ex Titinnii fabula sumta ad sententiam illustrandam adhibetur. Praeterea Pacideianus, cuius certamen singulare cum Aesernino Lucilius in modum epici carminis cecinerat, apud Horatium ita nominatur, ut vel ex hoc loco coniicias hominis illius memoriam aut antiquiorum poetarum carminibus, aut hominum sermonibus fuisse olim celebratam. cfr. H. S. II. 7. 96. Quae cum omnia sint certissima, tum multa alia accedunt, quae et ipsa a Lucilio tractata fuisse tantum coniectura nobis assequi licet. Nolim huc referre Socratis et Aristippi et Polemonis nomina, de quibus Lucilium egisse satis constat; sed multorum hominum

alias obscurorum mentionem hac re explicari posse putaverim. Etsi enim fuerunt, qui statuerent, omnia illa nomina, quae passim a scholiastis illustrantur, sermonibus hominum tam fuisse celebrata, ut poetae licuerit verbo illos homines notare iisque uti pro exemplis, tamen longe plurimorum ratio videtur esse diversa. Multos enim, quos interpretes aequales Horatii fuisse existimant, iam a Lucilio notatos fuisse crediderim. Quo in numero fortasse omnes ponendi sunt, de quorum aetate non certiora testimonia exstant. Qua de re alii fortasse firmiora afferent, equidem nomina significasse satis habeo. Eo referendi esse videntur Sulcius Capriusque causidici, Caelius Birriusque latrones S. I. 4. 65. Cervius calumniator S. II. 1. 47; Cicuta et Fufidius feneratores S. II. 3. 69; I. 2. 12; Dama servus S. II. 5. 18. 101; II. 7. 54; Praeterea prioribus adnumerandi esse videntur Iudaeus Apella I. 5. 100; Mutus Ep. I. 6. 22. Nerius S. II. 3. 69. Naevius S. II. 2. 68. Ofellus II. 2. 3. Novius I. 6. 40. Perilius II. 3. 75. Fulvius Rutubaque gladiatores II. 7. 96. Philodemus S. I. 2. 121. Priscus II. 7. 9. Volanerius II. 7. 15. Iulius Pediatius et Voranus Hor. I. 8. 29. cfr. Drakenborch ad Liv. XXIX. 12. 5. Ruso S. I. 3. 86. Cervius, Albutius, Turius, Scaeva S. II. 3. 148. Staberius et Ummidius S. II. 3. 84; S. I. 1. 95. — Sed Lucilii versibus, quos Horatius expressisse videtur, etiam adnumerandum est fragmentum 47. 9; *purpureo tersit tunc latas gausape mensas*, cfr. Horat. S. II. 8. 11. *Gausape purpureo mensam pertersit; et alter.* praeterea Luc. Lib. VII. 4. *quem plane hexametro versu non dicere possis* cfr. Hor. S. I. 5. 87. „Mansuri oppidulo *quod versu dicere non est.*" Luc. 56. 10. *Socratici charti* et H. A. P. 310. *Socraticae chartae.*

Caeterum, quod iam supra memoratum est, Horatium non modo in argumenti inventione, sed etiam in eodem adornando atque illustrando Lucilii vestigia aliquoties pressisse, id fragmentis Lib. XXVI. confirmari videtur. Sunt in fragm. inc. p. 93. f. 105. verba: „*Valeri sententia dia,*" quae Horatium imitatum esse supra

vidimus. Sed quorsum pertineant, dubitari potest. Fuerunt qui Valerium Flaccum intelligendum esse statuerent, qui Consul a. 623. cum P. Licinio Crasso Muciano, quocum de imperio belli contra Aristonicum gerendi certavit cfr. Cic. Phil. XI. 8. Alii fortasse L. Valerius Flaccus in mentem veniat, qui cum M. Porcio Catone Censor fuit A. u. c. 570. cfr. Cic. C. mai. c. 12. 42. Sed mihi quidem *Q. Valerius Soranus* intelligendus esse videtur; cuius versiculus laudatur a Varrone L. L. VII. 3. p. 318. Ed. Spengel p. 131. Ed. Mueller, quo P. Scipionem allocutus esse videtur: *„Vetus adagio est o Publi Scipio."* Edidit ille libros, ἐκοπτίδων inscriptos, de Grammatica, ut Turnebus interpretatur, tanquam de mysteriis litterarum et doctrinae, quibus libris argumenta proposuerat, ut quid singulis contineretur, facile intelligeretur. cfr. Plinius Mai. N. H. Praefat. in fine p. 6. Ed. Harduin. Quo ex libro excerpta sunt, quae apud A. Gellium N. A. II. 10. de explicatione vocabuli *flavissa* leguntur. cfr. Plin. N. H. L. III. p. 135. Ed. H. „ Roma ipsa, cuius alterum nomen dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enuntiavit Valerius Soranus luitque mox poenas" necem enim illi allatam fuisse auctor est Plutarchus Quaest. Rom. LXI. p. 343. Ed. Paris. Eiusdem auctoris versum laudat Varro L. L. X. 70. Ed. OM.

Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.

Quibus ex omnibus id nostro iure colligimus, Q. Valerium Soranum, hominem doctum et eruditum, cum et ipse multum in litterarum studiis versaretur, amicitiae vinculo et cum Publio Scipione et cum Lucilio fuisse coniunctum. Iam cum Lucilius satiris scribendis multorum inimicitias sibi conflasset, propter familiaritatem, quae ei cum Valerio Sorano intercessit, illum adiit quasi consulturus, quid consilii sibi capiendum, quae studiorum ratio sibi ingredienda esset, ut et de civibus bene mereret, et otium et quietem sibi pararet.

Quae si probabiliter coniecta esse statuis, iam vide ut omnia

bene inter se conveniant. Poeta cum ab amico petivisset, ut consilio se adiuvaret, cum aliis multis, tum his verbis eum permovere studet, ut, quid sentiat, sibi aperiat: p. 53. f. 60. *quandoquidem repperi magnis convivionum ex copiis.* p. 53. f. 59. *Porro amicis est bene praecipere, tueri, bene praedicere.* Exoratus tandem Soranus in universum poesis genus improbat, p. 50. f. 19. *Et quod tibi magnopere cordi est, mihi vehementer displicet.* f. 20. *summis nitere naturae opibus; at ego contra ut dissimilis siem,* quod L. tractandum sibi sumpserit, et alius vitae studium ei capessendum esse censet; quo consilio de variis hominum studiis agit et haec verba subiicit: p. 50. f. 22. *Rem cognoscas simul et dictis animum attendas postulo"* se enim omnia, quae suasisset, eo consilio dixisse, *ut, quid cavendum tibi censeres, quid vitandum maxime* p. 52. f. 49. Sed de diversitate studiorum, ut accuratius diligentiusque exponeret, totam disquisitionem ab ovo instituit, quo pertinet fr. 17. p. 50.

Principio fisici omnes constare homines ex anima et corpore dicunt.

Adde p. 51. 36. *Ita ut quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus.*

Cum autem singula percenseret, quae homines petenda esse censent, et de militia, et de re uxoria et de litterarum studiis egerat, quae quidem non tantum in saturis scribendis sed aut in memoria rerum condenda aut in epicis carminibus scribendis consumere liceat. cfr. p. 62. 56. *Percrepa pugnam Popilli facta Corneli cane"* pro *Pompili* enim, quod in libris est, *Popilli* corrigendum esse videtur; Popillium Laenatem enim intelligendum esse puto, qui cum quaestionem de Ti. Gracchi occisione crudeliter exercuisset, graves inimicitias sibi conflavit, quibus cedere coactus est. pro Quint. 55. 95. cfr. de Rep. I. 3. 6. ad militiae laudem pertinent p. 50. f. 24. *Contra flagitium nescire vincere bello barbarum | viriatum Hannibalem.* quae ad rem uxoriam pertineant, nulla praecepta invenio; sed exstant, quae ad illa respondisse L. videtur.

Tum addidit Soranus, quibus, quae suasisset, commendaret. p. 50. fr. 16. *quare isthoc colere est satius, quam illa studium omne sic consumere.* p. 51. fr. 30. *Munifici comesque amicis nostris videamur viri.* p. 53. fr. 58. *quod vitae te in tranquillum ex saevis transfers tempestatibus.* p. 52. fr. 50. *hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.* p. 54. fr. 73. *doctior quam caeteri sis, amittas mutes aliquo | tecum sacra facta vitia.* hanc enim lectionem retinuerim, ut metrum constet; quae quidem verba ita explicanda duco, ut *tecum* ad sequentia referatur, et sensus sit: deponas mores, quos consuetudine quasi sacros existimas. Denique se timere dixit, ne poenas perversitatis daret, nisi aliam vivendi rationem esset ingressus. p. 52. fr. 45. *tuam probatam mihi et spectatam maxime adolescentiam.* ad haec ita respondet poeta, ut se paratum esse ostendat ad morem aliorum imitandum. p. 49. fr. 14. *Nunc itidem populo iustum et scriptoribus, volumus capere animum illorum;* sed varia illa hominum studia percensendo efficere studet, talis vitae studium a se postulari non posse. Et primum quidem de re uxoria agit, et quanta mala huic rei inesse soleant, pluribus demonstrat. cfr. p. 48. 1. *homines ipsi hanc sibi molestiam ultro atque aerumnam offerunt | Ducunt uxores, producunt, quibus haec faciant liberos.* p. 48. 3. *ferri tantum si roget me, non dem, quantum auri petit, si secubitet, sic quoque a me, quae roget non impetret.* p, 48. 5. *Squallitate, summa scabie, summa in aerumna obrutam, neque inimicis invidiosam, neque amico optabilem.* p. 49. 8. *Depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere, decalanticare eburneo speculo depeculassere.* p. 53. 61. *Coniugem infidamque, flacitam familiam, impuram domum.* quae omnia esse eiusmodi dicit, ut saepius homines omnibus malis afflicti, sibi ipsi manus inferant. p. 50. fr. 21. *Suspendatne se, an gladium incumbat, ne caelum videat.* De re militari quid responderit, incertum est; nulla enim quae nunc leguntur fragmenta, hanc ad rem pertinere puto, nisi quis est, qui fragmentum 52. p. 52. eo referat. *rauco*

concionem sonitu et curvis cogant cornibus. Facile quidem se adduci posse significat, ut aliud vitae genus eligat; vitae enim condicionem, quae nunc sit, non ita esse comparatam, ut eam omni alii praeponendam ducat p. 52. fr. 54. *Dein quae adeo male me accipiunt decimae et proveniunt male.* Sed nunquam hoc a se impetrare posse, ut alios mores sumat. p. 52. fr. 53. *Mihi quidem non persuadetur, publice ut mutem meos.* p. 48. fr. 6. *Publicanus vero ut Asiae fiam scripturarius pro Lucilio, id ego nolo; et uno hoc non muto omnia.* Sed plurimus est in litterarum studiis exagitandis, ubi maxime tragicos et epicos poetas reprehendisse videtur. p. 53. fr. 67. *Nisi portenta anguisque volucris ac pinnatos scribitis.* p. 53. fr. 62. *Nec Agamemnone praeferatur Ajax, quod Cassandram signo deripuit.* p. 53. fr. 68. *Ego enim contemnificus fieri et fastidire Agamemnonis.* p. 54. fr. 76. *Solus iam vim de classe prohibuit Vulcaniam.* p. 53. fr. 63. ad librum secundum Iliados pertinere videtur, ubi Graeci ab Agamemnone redire iussi, nimis festinanter dissessum paraverunt. *Domuitionis cupidi imperium regis paene minuimus.* etiam p. 51. fr. 40. *pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore* ad bellum Troianum vel potius ad reditum Graecorum pertinere videtur, quae omnia eo consilio commemorasse putandus est, ut talia a se scribi non posse demonstret, vel ab aliis scripta reprehendat. Denique suum ipsius poesis studium defendit, et quo consilio hoc capessiverit exponit. p. 51. fr. 34. *Ego ubi quem ex praecordiis versum effero.* p. 51. fr. 31. *quidni et tu idem inlitterum me atque idiotam diceres.* Sui enim ingenii hanc esse naturam, ut si quae minus recte dicta invenerit, ea sibi notanda esse ducat. p. 52. fr. 44. *si quod inusitatum aut zetematium offenderam.* Quae cum ita sint, se ab amico hoc petere, ut sibi concedat, ut, quod vitae studium ingressus sit, id retineat. p. 51. fr. 27. *Ego si qui sum, et quo folliculo nunc sum indutns, non queo.* Ad quae Soranus: *Di monuerint meliora atque amentiam averruncassint tuam.* Quae quidem omnia in meris coniecturis versari me non praeterit; imo

non iniquo animo feram, si quis, paucis exceptis, reliqua multo aliter explicari posse dicat; sed si certam quandam probabilitatem secutus sum, iure meo colligere posse videor, Lucilium atque Horatium idem fere argumentum non eodem quidem modo sed tamen haud admodum dissimiliter tractavisse; qua quidem re de laudibus Horatii nil derogatur, sed hoc manifestum fit, illum, quo maior gratia suorum carminum esset, in argumenti inventione multo saepius Lucilii vestigia secutum esse, quam adhuc homines docti concesserint. Sed ut eo revertatur, unde profecta est oratio, inter homines litteratos, quibuscum Lucilio arctior intercessit consuetudo atque familiaritas, prae ceteris dignus est qui momoretur, L. Aelius Stilo Praeconinus, litteris ornatissimus, cuius honori Lucilius priorem Saturarum librum dedicasse videtur. cfr. Auct. ad Herenn. IV. 12. 18. Ex quo quidem loco cum constans omnium librorum lectio sit, *priore* sive *priori* (confirmant quoque sex Codd. a Baitero collati) hoc etiam intelligitur, totum saturarum corpus in duos libros fuisse disiunctum, et priorem quidem ad L. Aelium fuisse a poeta transmissum. „*Has res ad te scriptas, Luci misimus Aeli.*" Qui cum carmina Saliaria et leges Tabb. XII. commentariis illustraverit, de Antiquitate Romana librum composuerit, multas orationes conscripserit, quae ab aliis haberentur, magister Varronis fuerit, facile est ad intelligendum, quam elegantem atque eruditum suae poesis iudicem Lucilius sumere voluerit; de quo consulas, quaeso, Orellii Onomasticon Cic. Quinct. X. 1. 99. Gell. N. A. I. 18. 1. 2; II. 21. 8; III. 3. 1; V. 21. 6; V. 15. 5; XII. 4. 5; Lib. XVI. 8. X. 21. 2. Carrion. Lect. Antiq. I. 8. Madvig. de Lucii Attii didascaliis Comm. in Opusc. Acad. p. 115 seqq. Quibus ex locis facile patet, quanta fuerit illius Grammatici existimatio apud posteros, cum ipse huius studii paene princeps inter Romanos sit. Ubi Etymologiae ab illo praepositae vituperantur v. c. vocabuli *lepos*, quem proprie *levipes* dictum esse putat, hoc cum multo eius honore fit. Eiusdem auctoritas in vocabulo *triones*

probatur; cum Santra et Cincio comparatur; quod vocabulis *novissimus* et *novissime* non usus sit, pro argumento habetur; adeoque, si quae minus recte exposuisse videtur, excusatur. Ipse Quinctilianus, etsi Aelii iudicium de Plautino sermone non comprobat, quod ille Musas Plautino sermone locuturas fuisse dixerat, si Latine loqui vellent, tamen suum ipsius iudicium illi ita opponit, ut facile intelligas, illum et ipsum plurimum Aelii auctoritati tribuisse. Etsi igitur Cicero eius orationes leviusculas esse statuit, tamen cum Q. Metellus filius, Q. Caepio, Q. Pompeius Rufus eius opera in orationibus scribendis usi fuerint, Cotta adeo illius orationes pro suis haberi voluerit, hoc certo est testimonio, quanta eius fama apud aequales fuerit. Nam quod Varro toties eum in verborum significationibus illustrandis laudaverit, hoc fortasse non magis illius auctoritati quam grato animo discipuli tribuendum. Sed non minus saepe Festus etymologias ab illo propositas commemoravit, ita ut inter Grammaticos illius aetatis principem locum tenuisse videatur. Sed etiam sermonis festivitas in eo celebrata est. Cum enim filius Hispani, quem Scipio Aemilianus ex provocatione certamine singulari interfecerat, annulo signatorio uteretur, in quo certaminis imago esset insculpta; Aelius tantam stultitiam miratus, quaesivit, quid tandem facturus fuerit, si Scipio a patre eius interfectus esset. cfr. Plin. N. XXXVII. 1. 4. Sed quod Aelius Stilo et ipse inter homines facetos illius aetatis fuisse videtur, inde non sequitur, ubique eius nomen esse reponendum, ubi hominum festivorum mentio fit; quare falsus est Van Heusde, qui apud Ciceronem ad Fam. IX. 3. in verbis: „Te quum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, vere ut dicam, Crassos quoque et Laelios videre videor." *Aelius* correxit. Primum enim non necesse est, ut Crassi aequalis intelligatur, neque, quod Laelius alias sapiens audit, nulla in eius oratione potuit esse vernacula festivitas. Sed Van Heusdius plane immemor iudicii Ciceronis fuisse videtur, qui in Bruto c. 74. C. Laelius, P. Scipio, inquit, optime

loquebantur; aetatis illius ista fuit laus, tanquam innocentiae, sic Latine loquendi." Quid? quod Terentii fabulae propter elegantiam sermonis a C. Laelio scribi putabantur? Quae omnia eiusmodi sunt, ut *Laelius* illo Ciceronis loco iure suo commemorari potuisse videatur. Accedit, quod apud Ciceronem praenomini *L.* nullus locus fuerit, quod si non antepositum fuit, ne probabiliter quidem *Laelios* pro Aelios a librariis scribi potuit. Quare nescio an et Orellius temere fecerit, qui Opp. Cic. Vol. II. p. 586. et Onom. v. *Laelius* pro *Laelio* L. Aelio reposuerit. cfr. Ellendt. ad Cic. de Or. II. 62. 265. Sed quod fere fit, ut quae inventa hominum doctorum assensum tulerunt, ea ab aliis ita celebrentur ut alia atque alia cumulando rei probabilitatem novis usque argumentis confirmare studeant, id et ab van Heusdio et ab aliis factum. Itaque et apud Ciceronem in Oratore c. 69. *L. Aelio* pro Laelio cornexerunt, ut L. Caelius Antipater suam historiam L. Aelio dedicasse videatur, idemque nomen apud Plinium N. H. XIV. 15. (14) repositum esse voluerunt. cfr. Van Heusde: Disquisitio de Aelio Stilone p. 37. 39. Nae illi homines multum intelligendo faciunt, ut nihil intelligant.

Caeterum optimarum partium in republica Aelium fuisse, cum ex eo colligi posse videatur, quod qui illius opera in orationibus scribendis usi sunt Q. Servilius Caepio, C. Aurelius Cotta, Q. Pompeius Rufus, et ipsi ab optimatium partibus steterunt, tum eo confirmatur, quod ille Metellum Numidicum in exsilium secutus est. Quare Cicero (Brut. 56.) eum virum egregium et equitem Romanum cum primis honestum appellat. Iam cum idem a Cicerone eruditissimus et Graecis litteris et Latinis, et antiquitatis Romanae et in inventis rebus et in actis literate peritus et ab Aulo Gellio doctissimus tunc civitatis homo et eruditissimus fuisse dicatur, quippe quem et Varro auctorem et ducem in Etymologices et Grammaticae studio secutus sit, et ipse Cicero adolescens doctorem eloquentiae habuerit, et perstudiose audire solitus sit, hoc pro certo poni posse videtur,

Lucilium haud temere fecisse, quod hunc potissimum hominem studiorum suorum exactorem esse voluerit. Iam, si quaeris, quae fragmenta ad doctissimi illius hominis personam referri posse videantur, recte fortasse laudes p. 51. fr. 31. *quidni et tu idem inlitteratum me atque idiotam diceres*, et p. 52. fr. 44. *si quod verbum inusitatum aut zetematium offenderam.* fortasse etiam p. 51. fr. 34. *Ego ubi quem ex praecordiis versum effero*, et p. 51. fr. 37. *haec tu si voles per auris pectus inrigarier.* quae omnia ut ad Valerium Soranum ita ad Aelium Stilonem recte scribi potuisse videntur.

Ex fragmento 178. p. 100. *Quid tibi ego ambages Ambivi scribere coner?* coniiciat aliquis, etiam ad Ambivium Turpionem, histrionem, qui Catonis et Terentii aetate floruit Cic. de Sen. 14, 48; Lucilium litteras dedisse. Primum enim lectionem Varronis quod attinet pro *ambui*, quod priores Editiones exhibuerunt, OM. recte e Codice Mon. *ambivi* restituit idque nomen recte ad *Ambivium* Turpionem rettulit, quem Terentianarum fabularum actorem fuisse apparet ex didascaliis cfr. Dial. de causis corruptae eloquentiae c. 20. ubi cum Roscio Comoedo coniungitur et Symmachus Ep. I. 25. et X. 2. „Non idem honor in pronuntiandis fabulis P. Pollioni, qui Ambivio fuit (ita enim emendandum est pro *quam Bavio*) neque par Aesopo et Roscio fama.“ Ex quibus locis hoc satis fit manifestum, illum in laudatissimis illius aetatis histrionibus fuisse numeratum. Lucilius cui ut cum aliis litteratis hominibus illius aetatis, ita cum Ambivio, clarissimo Terentianarum fabularum actore, arctior quaedam familiaritas atque consuetudo intercessisse videtur; haud dubie in nomine *Ambivi* et vocabulo *ambages* ludit, et in epistola quadam eum allocutus est; sed num totum libellum eius nomini inscripserit, an tantum in quadam libri parte eum adpellaverit, in medio relinquendum.

In numero plebeiorum hominum, quibus illo tempore certa quaedam nominis claritas fuit, habendus est Aeserninus, nobilis

gladiator, haud dubie ab Aesernia, urbe Samnitica, quae ad laevam Volturni ripam sita erat, cfr. Cic. Ep. ad Atticum VIII. H. D. cognominatus; qui fere cum Pacideiano compositus esse putatur, cui auriculam mordicus abstulisse videtur cfr. Cic. Ep. ad Q. Fr. III. 4. 2. Cicero ipse cum Aeschinis et Demosthenis orationes in Latinam translatas, in publicum ederet, ,,a me, inquit, (de opt. gen. dicendi VI. 17.) gladiatorum par nobilissimum inducitur; eodem auctore Lucilius haec de eo testatus erat:

Non spurcus homo sed doctus et acer
Cum Pacideiano hic componitur optimu' longe
Post homines natos.

Quo quidem loco cum Nonii testimoniis p. 175 a. et p. 267 a. collato facile est ad intelligendum, Ciceronem tantum modo ex parte Lucilii versus expressisse, qui apud Nonium leguntur, vel potius duos diversos locos in unum coniunxisse. Cum enim apud Nonium Aeserninus *spurcus homo vita illa dignus locoque* dictus sit, apud Ciceronem audiat: *non spurcus homo sed doctus et acer*, alterutrum utique statuendum est, aut alio loco apud Lucilium, aliam fortasse personam aliud iudicium de Aesernino interposuisse, aut Ciceronem versum illum Lucilianum paulisper immutasse et inflexisse; quam ad sententiam firmandam aliquis fortasse epitheton *doctus* citaverit, quippe quod magis oratori quam gladiatori conveniat. Sed conferas, quaeso, Plauti Pseudolum II. 4. 55. *Malus, callidus, doctus*" et Petronium c. 84; *Veteranus latro et ipsis lenonibus doctior*. Ceterum si in fragmento octavo Lib. IV. Furi recte coniectum est, Aesernini nomen gentile Furium fuisse puto. Ad idem certamen referat aliquis fr. inc. 52. *haerebat mucro gladium in pectore totum*. Sed nihil certi statuere audeo.

Adhuc eorum hominum nomina percensuimus, qui aut inter patronos Lucilii numerandi sunt, aut similitudine quadam studiorum cum eodem fuerunt coniuncti, aut vitiis eiusdem indignationem moverant, aut alia quadam de causa illi idonei videbantur,

quorum facta moresque posteris traderet. Quorum omnium quamvis admodum dissimiliis atque diversa inter se sit ratio, tamen hoc habent commune, quod satis certa de illis exstat memoria, ita ut Lucilii verba aliorum scriptorum testimoniis illustrentur. Quod haud perinde est in eorum hominum nominibus, quae postea citabuntur. Primum igitur dubium est, qui Calvus ille fuerit, quem Lucilius p. 74. fr. 73. his verbis descripsit: *Calvus Palatina vir nobilis ac bonus bello.* Dixerit aliquis L. Caecilium Q. f. L. n. Metellum Calvum esse intelligendum, qui anno 142 cum Q. Fabio Q. f. Q. n. Maximo Serviliano Consul fuit, eodemque anno Tubulus praetor, cfr. Cic. Ep. ad Att. XII. 5. 5. Sed intelligi etiam possit L. Caecilius Metellus Calvus Dalmaticus, eius filius, Consul 119. qui Castoris et Pollucis templum e manubiis refecit. Cic. pro Scauro. 2.

Num praeterea alius Metelli mentionem fecerit, ex fragmento 155 pag. 96 divinari non potest, nam in eo versu omnia incerta sunt. Sed aliud est fragmentum p. 92. fr. 96. *Cecilius Praetor ne rusticus fiat.* quem fortasse referes ad C. Caecilium Metellum Caprarium, quocum Scipio apud Numantiam stomachatus, dixisse fertur, si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. cfr. Cic. de Or. II. 66. 267. Ad eundem hominem refert Schmidt (C. Lucilii Satirarum quae de libro nono supersunt disposita et illustrata Berolini 1840. p. 9.) versum: *ne designati rostrum praetoris pedesque | spectes!* Sed rectius fortasse fr. 97. *Ergo Pretorum est ante et praeire.* quae cum in praetore Metello alia fuerint, iam ex ipsius nominis origine docuisse videtur Lucilius, illum tanto honore parum dignum esse. Tertius locus est, ubi de praetore loquitur, quem sibi infestum esse statuit, Lib. XV. fr. 6. *Si mihi non Praetor siet additus atque agitet me, Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus.* Quae omnia si ad eundem spectant, non mediocres inter eum et Lucilium intercessisse videntur inimicitiae. Quae quidem si a communi apud Numantiam militia originem

duxerunt, ex eodem genere fuit *Publius Pavus Tuditanus* Lib. XV. fr. 2. quem Scipionis quaestorem illo bello fuisse putaverim; totum enim fragmentum pars orationis Scipionis esse videtur: *Publius Pavus mihi Tuditanus Quaestor Ibera | In terra fuit lucifugus, nebulo, id genus sane.* Cognomen *Tuditanus* genti Semproniae inditum fuit, inde ortum, quod caput malleoli simile habuerint, quod certe Atteii Capitonis iudicium fuit.

Clarissimus huius nominis fuit C. Sempronius C. F. Tuditanus, quem Dionys. Halic. I. p. 9. *λογιώτατον τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων* appellat, quo Consule P. Scipio Africanus exstinctus est. Cic. N. D. II. 5. 14. Rep. I. 9. 15. qui cum omni vita atque victu excultus atque expolitus esset, tum eius elegans est habitum orationis genus. Cic. Brut. Eundem inter legatos Mummii fuisse Cicero ex Hortensio audierat. Qui cum Praetor P. Popillio P. Rupilio Coss. 622 fuerit, non potuit anno ante quaestor P. Scipionis esse. Melius autem quadrat, si ad prima Scipionis stipendia hic locus refertur. Sed etiamtum reliqua est dubitatio, num eidem illi etiam Pavo nomen fuerit, quod quidem a pavonibus alendis vel saginandis ortum esse existimo; qua de re multus est Plinius H. N. X. 20 seqq.

Primum fragmentum Lib. II. duo nomina habet, de quibus haud facile certum aliquid attuleris. *Quem illi cum vidissent Hortensius Postumiusque.* Et ille quidem L. Hortensius fuisse videtur, Q. Hortensii, clarissimi oratoris, pater, qui pro praetore Siciliae ab aequitate, ab lege, ab institutis non recedebat. Sed parum constat, num fragm. 64. ex libris incertis ad eundem pertineat *Iudicis Hortensi ad eam rem nata palaestra.* Postumii plures numerantur, quorum mentio fieri potuisse videtur. Alter est homo voluptuosissimus, de quo cfr. Cic. de Finn. II. 22. 70. ubi cum C. Sergio Orata, Crassi Oratoris aequali, componitur.

Alter est A. Postumius A. F. A. N. Albinus praetor 599, Consul 603, qui historiam Graece scripsit. cfr. Aul. Gell. XI. 8. ad quem

aliquis versum Lib. XXVI. 26. referat: *veterem historiam inductus studio scribis ad amores tuos.* quem supra p. XXIV. hoc versu significatum esse statui. *Hostilius* qui fr. 2. Lib. II. ex mea quidem coniectura commemoratur, L. Hostilius Tubulus esse videtur, quem fr. 4. Lib. I. notavit Lucilius, quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse Cicero auctor est. pro Scauro I. 5. qui, cum praetor 142 quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte pecunias ob rem indicandam ceperat, ut anno post P. Scaevola tr. pl. ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri. Quo plebiscito decreta a senatu est Consuli quaestio Cn. Servilio Caepioni. Profectus in exsilium Tubulus statim nec respondere ausus; erat enim res aperta. cfr. Cic. de Finn. II. 54. IV. 28. 77. V. 22. 62. Qui apud Lucilium simul cum Hostilio nominatur, Manlius catax, de eo nihil comperti habemus. Fuerit Cn. Manlius, quo consule prope Tolosam Romani a Cimbris atrocissimo proelio victi sunt, cuius de praenomine, Marcus an Cneius fuerit, tanta discrepantia auctorum est. cfr. Liv. Epit. LXVII. Oros. V. 16. Plut. Mar. II. Eutrop. V. 1. Cort. ad Sal. 114; Duk. ad Flor. III. 3. Fuit praeterea illo tempore A. Manlius, quem Marii legatum bello Iugurthino fuisse Salustius tradit. Quorum uter Manlius ille coxo fuerit, equidem nescio. Sed tamen magis animus inclinat, ut ad priorem illum Lucilii versum referamus. Quod si recte conieci, etiam Hostilium non sceleratissimum illum praetorem, sed potius C. Hostilium Mancinum fuisse puto, qui cum Numantinis sine auctoritate senatus foedus fecerat; qui cum ignominiosae illius pactionis auctor fuisset, Lucilio iure suo dicere licuit; *Hostilius contra pestem perniciemque catax quam et Manlius nobis.* Vocabula enim pestem et perniciem rectius de clade et de pace ignominiosa quam de sceleribus, quae homo ille impius commiserat, intelliguntur. Iam si statuis Manlium illum coxonem eundem fuisse, cuius culpa magna illa clades apud Tolosam accepta fuerit, recte Lucilius ambos composuisse videtur, quippe quorum ignavia nomen Romanum magnam hono-

ris et dignitatis iacturam fecerit. Denique et barbari hominis mentio fit; Coti, Thraciae regis, ut videtur, quod nomen Thraciae regulis tam commune fuit quam Parthorum regibus nomen Arsacidis. Nam et Odrysarum rex, Seuthae filius, qui a Persei partibus stabat, commemoratur, Liv. XLII. 29. 51. 57. 67. et alteri Cotyi, Thraciae regulo, ob auxilium Pompeio latum, munera missa. Freinshem. Supplem. CXI. 8. Caes. B. Civ. III. 4. Tertius, Bessorum rex, Calpurnium Pisonem Proconsulem auro corrupit, Cic. in Pison. 51. 84. Apud Lucilium haud dubie primus intelligendus, qui magis genere quam moribus Thrax fuit. cfr. Liv. XLIII. 4. Quo cum rege eiusque maioribus et gente Thracum populo Romano amicitia fuit, cuius memoria Bitis regis filius et obsides, Perseo devicto sine redemtionis pretio illi remissi sunt. Cui bello cum Scipio iuvenis interfuisset, facile fieri potuit, ut illud Coti (sive Cotyis) dictum percrebresceret. Sed ut Cotus rex prioribus adnumerandus est, ita ad Lucilii aetatem illustrandam nil plane faciunt nomina, quae ad heroica et mythica tempora pertinent; quo in numero Deucalion, Alcmena, Leda, Ixionis uxor, Tyro, Tantalus, Tiresias, Ulixes, Agamemnon, praeterea deorum nomina, Tisiphone, Eumenides, et Terriculae, Lamiae, Fauni, Pytho, Lavernae, Musae habendae sunt. Etiam Penelopen significasse videtur. p. 45. 5. Quae omnia ut ab illis temporibus longissime absunt, ita ad saturarum argumenta declaranda pertinere nemo dubitat. Eiusdem generis sunt omnia geographica nomina, quae pleraque in tertia satura commemoravit, ubi Iter Siculum erat descriptum; quo pertinent Capua, Salernum, Dicaearchia, Setinum, Silarus, Messana, Liparae, Palinurum, sed alio spectat terrae Sardinensis et Iberae, praeterea Rhodi, Ecbatanae, Babylonis, Apuliae, Italiae et maris Carpathii commemoratio. Neque ex servorum et plebeiorum hominum, quorum nulla ad nos pervenit notitia, nominibus certi aliquid constituas; ex quo genere sunt Gentilis, Macedo, Caius Cassius Cefalo, Bronchus lanius, Symmachus bubulcus, Columella Metrophanes,

Acro, Tricorius Syrus, Aristocrates villicus, quibus etiam Trebellius et Andronius p. 39. 4; adnumerandi esse videntur. Sed Aemilius, cuius p. 6. fr. 6. fit mentio, fortasse praeco ille fuit, qui P. Scipionem in petitione praeturae in forum deduxisse narratur. cfr. Plut. Apophth. Moral. P. II. p. 75. Ed. Par. ad quem fortasse rectius versus ille refertur: *Quae ego nunc Aemilio praecanto atque exigo atque excanto* L. II. 6.

Minus etiam tribuendum est personarum Comicarum nominibus, Hymnis, Chremes, Gnatho, Pamphilus, Daemenetus, quae Lucilius ex priorum vel aequalium poetarum fabulis citavit ut certos quosdam hominum mores accuratius exprimeret. Quae vis aliorum nominum sit, quae ad antiquiorem historiam pertinent, in argumentis singulorum librorum explicandis docere conabimur. Huc retulerim nomina Hanibalis, Socratis, Archilochi, Datis, Leonidae, Apellis, Lysippi, Polemonis, Epicuri, Socratis, Aristippi, Isocratis, Frynes, Carneadis. Reliqui igitur sunt Tullius, Hortensius, Caelius, Flacci, Maximus Quintus Vatia, Decius, Metellus, de quibus haud facile dixeris, quid statuendum sit. Fabii haud dubie plures fuerunt, qui a Lucilio memorari poterant; sed cognomina *Vatia, varicosus, Vatrax* quibus fuerint, parum compertum est. Quare fuerunt, qui apud Lucilium 60. 6. *Ut si progeniem antiquam qua est Maximus Quintus, Vatia, qua varicosus, vatrax" Verrucosus* emendarent; ut ad celeberrimum illum Fabium Cunctatorem locus referretur. Sed illam lectionem metrum respuit, neque duo reliqua cognomina explicantur, quae Lucilium ioci causa addidisse putaverim. Quare gens Fabia in universum notata fuisse videtur; nam et Fabio Aemiliano, et eius filio Allobrogico eiusque nepoti praenomen Quintus fuit. Is quidem deterrimus homo, qui tam perditam luxuria vitam egit, ut postea praetor ei paternis bonis interdiceret, cfr. Val. Max. 3. 5. 2. si certam quandam personam L. intellexit, maxime idoneus fuisse videtur, quem poeta notaret. Contra altero loco p. 73. fr. 18. *Maximu' si argenti sexcentum ac*

mille reliquit, patrem haud dubie poeta intellexit; sed eo quoque loco de filii luxuria egisse videtur. *Caelii* nomen p. 75. fr. 55. ad iudicem referunt, quem Cicero narrat iniuriarum absolvisse eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat. Auct. ad Her. II. 13. 19. Sed ex illo versu: *Ut semel in Caeli pugnas te invadere vidi*, nil certi colligi potest. Eodem etiam referunt p. 74. fr. 28. *Nunc Gai! quoniam incilans nos laedis vicissim.* cfr. van Heusde Studia Crit. p. 62. ubi et Burmanni et Merulae iudicia laudantur, qui haec verba Fabii Cunctatoris fuisse statuunt, quibus C. Minutium Rufum allocutus sit; sed priore loco alios *Caeli pugnas θεομαχίας* sive *γιγαντομαχίας* interpretatos esse idem animadvertit; quae, pace tantorum virorum dixerim, mihi quidem absurda esse videntur. Tullium iudicem p. 54. 2. hominem plane ignotum fuisse, ipse poeta significare videtur; neque alter locus, p. 65. fr. 10. *Prius non tollas, quam Tulli animum ex homine atque hominem ipsum interfeceris*, ullam habet significationem, qui ille fuerit. De *Decio Nucula* iam in adnotatione adscripsi, quid mihi maxime probabile videretur. Etiam Hortensius iudex p. 89. fr. 61. *Iudicis Hortensi est ad eam rem nata palaestra* homo plane ignotus esse videtur; nam Hortensius, pater clarissimi oratoris intelligi non potest, quod eum vix iudicem appellatum fuisse putaverim. Eo enim tempore iudicia equitum erant. Qui denique Metellus ille fuerit, p. 89. fr. 66. ex paucis illis verbis intelligi vix potest, maxime cum lectio Codicum parum certa sit. *Flaccos* p. 15. 7. qui munus gladiatorium ediderunt, quosnam fuisse putaverim, dubius haereo. Fortasse M. Fulvius Flaccus, triumvir agris dividundis cum C. Graccho et C. Carbone, fuerit eiusque filius, qui a Consule Opimio in vinculis necatus est: Sed ex duobus fragmentis nil certi constituere audeo. Reliqua sunt nonnulla loca, quae Horatium secutum esse statuunt. cfr. fr. inc. p. 98. 165. *Homerus alter.* cfr. Ep. II. 150. Luc. fr. p. 52. fr. 46. *Cum stadio in gymnasio duplici corpus sicassem et pila*, quae haud dissimilia esse Trebatiano illo

praecepto: *Ter uncti transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto.* Luc. fr. p. 48. 1. *iocundasque puer qui lamberat ore placentas,* quae quis cum Horatianis conferat S. I. 3. 80. *si quis eum servum patinam qui tollere iussus, semesos pisces tepidumque ligurrierit ius.* Lucil. fragm. p. 33. 1. *rapsit Apollo,* si haec lectio satis certa est, scholiasta auctore cum Horatiano composueris: *sic me servavit Apollo.* Luc. fr. p. 86. *perminxi lectum et pudendam imposui pellibus labem* conferas cum Horat. I. 5. 83. *)

§. 3. *De singulorum librorum argumentis.*

De librorum argumentis perdifficilis et perobscura est quaestio, quam instituentibus etiam atque etiam illud Quinctilianum in memoriam revocandum est: „Esse plurima vera quidem sed parum credibilia. Sicut falsa quoque frequenter verisimilia." Quod qui tenent, ii non facile committent, ut certa quadam probabilitatis specie inducti pro solida et expressa veritatis effigie umbram et imagines consectentur. Sed accedit maior etiam difficultas ex ipsius Saturae Lucilianae indole atque natura repetita, quippe quam antiquissimae illi Saturae, de qua infra pluribus erit agendum, multo similiorem quam vulgo statuunt, fuisse putaverim. Etsi enim Horatio auctore, Lucilius novum quoddam Saturae genus induxisse videtur: *quid cum est Lucilius ausus primus in hunc operis componere carmina morem* Hor. Sat. X. 1. 62. et ab eodem

*) Qua de re cfr. Schoenbeck. Quaestion. Lucil. particula. Halae MDCCCXLI. p. 13. „Horatius sine dubio in satiris scribendis Lucilium saepenumero ante oculos habuit. — Quod diligenti locorum comparatione illustrat Rutgersius Lectt. Venus. c. 15. post animadversionem Dousae in fragm. 4. 10—12. Porro secutus videtur Lucilium in Serm. II. 2. de luxu, gulae servienti, cum secundum veteres glossas in Persii Satiram III. Lucilius idem argumentum Satira IV. tractaverit. Similiter multis aliis locis Luciliana accomodavit. Vetus Scholiastes in Hor. Serm. II. 1. 21; cfr. Aug. Petermann. de C. Lucilii vita et carminibus p. 19. n. 1.

inventor l. l. vs. 29. appellatur; idem tamen Horatius auctor est totum Lucilium a priscae comoediae poetis pendere et hosce esse secutum, mutatis tantum numeris pedibusque. Potuit igitur Lucilius multum esse diversus ab Ennio aliisque poetis et nihilo minus antiquum illum Saturarum morem servare. Iam quod Laurentius Lydus de magistratibus Rom. I. 41. Lucilium Rinthonis comoedias expressisse statuit, nihil aliud quam certam quandam similitudinem inter utrumque intercessisse putaverim. Sed hoc silentio non puto esse praetereundum, quod et Horatius et Laur. Lydus cum Comicis poetis Lucilium comparat. de Horatio vide supra; Lydi verba haec sunt: *Ῥίνθωνα καὶ Ασκήραν*, (sive ut Reuvensio Annal. Litt. Lugd. Batav, 1815. p. 77. videtur: *Σκίραν*, qui est poeta Comicus; sed Osannus Anal. Critt. Berol. 1816. p. 74. intelligit *Ἀρήσαν* Pythagoraeum) *καὶ Βλέσον (Βλαῖσον) καὶ τοὺς ἄλλους τῶν Πυθαγόρων* (*φλυακογράφων* Reuv.) equidem *Πυθαγοραίων* emendaverim, *ἴσμεν οὐ μικρῶν διδαγμάτιον ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος γενέσθαι καθηγητὰς καὶ διαφερόντως τον Ῥίνθωνα, ὅς ἐξαμέτροις ἔγραψε πρῶτος κωμῳδίαν. ἐξ οὗ πρῶτος λαβὼν τὰς ἀφορμὰς Λουκίλιος ὁ Ῥωμαῖος ἡρωικοῖς ἔπεσιν ἐκωμῴδησε.* Est quidem totum hoc testimonium ita comparatum, ut multa minus accurate dicta esse videantur, comoedias enim Lucilium scripsisse nullus praeter Lydum auctor est, nisi forte nonnulla Scholiastarum vel Grammaticorum verba huc referre libet, tamen hoc iure nostro inde videmur posse colligere, Lucilii Saturas a comoediis non plane abhoruisse. Quemadmodum igitur multa plane ad epicorum poetarum morem in saturis scripta fuisse dicuntur. cfr. Serv. ad Virg. Aen. X. 104. ita saepius dialogos intexuisse videtur, qui fabulis sunt simillimi; quae eadem antiquae saturae fuerat ratio, ubi iuventus ridicula intexta versibus iactitabat, unde exodia postea appellata consertaque fabulis potissimum Atellanis sunt. cfr. Liv. L. VII. 2. fin. Sed maiorem etiam quam formae, ipsius argumenti fuisse varietatem

putaverim, ita ut saepius diversissima in eodem libro tractata fuisse videantur. Quod si vere coniectum est, inanis fortasse atque supervacanea omnis est de librorum argumentis disputatio. Sed hoc ita ferri posse videtur, ut satis habeamus ea notasse, quae cum probabilitate quadam ex paucis fragmentis colligi posse videntur, nunquam autem eo audaciae procedamus, ut multa alia fortasse in eodem libro tractata fuisse negemus. Iam vero libri primi argumentum quod attinet, habemus satis luculentum Servii testimonium, qui partem libri X. Aeneidos inde a versu 104 ex Lucilio expressam esse statuit. Praeterea eidem libro epistolam ad L. Aelium Stilonem adiunctam fuisse, non est quod dubites, quippe cui Lucilius totum illum librum vel potius librum priorem omnium Saturarum dedicaverit. Multa autem alia fragmenta huic libro adscribuntur, quae ab illo deorum concilio fuisse aliena facile aliquis crediderit. Iam ipsius libri initio *Παρῳδίαν* illius deorum concilii fuisse putaverim, quod Homerus absente Neptuno in Olympum a Iovi convocatum esse finxerat, Od. I. 26 sqq. Consilium haud dubie fuit diversum, videntur enim superi cum de rebus humanis in universum, fr. 1. *Consilium summis hominum de rebus habebant,* tum de salute reipublicae Romanae tuenda consilium habuisse, id quod ex fr. 5. colligas: *quo populum adque urbem pacto servare potisset amplius Romanam.* Cui quidem rei nihil magis obstare videbatur, quam corruptos civitatis mores, avaritiam atque luxuriam. Inprimis autem damnosum esse statuerunt rhetorices philosophiae atque dialectices studium, quippe quod simul cum inertia, invaluerit, et ad insidias alteri faciendas fere adhibeatur. cfr. fr. inc. 2. cfr. Aelian V. H. III. 17. Sed ad perversum illud dialectices studium, quod tum iactabant, fr. inc. 12. pertinere videtur; est enim ex captiosis illis conclusiunculis, quibus sophistae adversarios in errorem inducere studebant. Philosophos irrisisse videtur fr. inc. 23. ubi idem Stoicorum praeceptum exagitat, quod Horatius tangit S. I. 3. 124; maxime autem conqueritur, quod tam per-



niciosa auri vis sit, cfr. fr. inc. 59. quippe quod fidem atque religionem tollat fr. inc. 47. Inde enim fieri, ut respublica funditus pereat. cfr. fr. inc. 50. *Intereunt labuntur euntur omnia vorsum.* Sed non minorem esse perniciem luxuriae, ex qua maxima mala oriantur; eo pertinere putaverim fr. 19. 20. 21. Lib. I. Sed hoc deorum consilium eo irritum fuisse videtur, quod et Iupiter Optimus maximus aberat, et inter ipsos deos controversia coorta est. Neque infimae videntur Neptuni partes fuisse, quippe qui de re difficillima disputans, ostendit non posse id explicari, nec si Carneaden ipsum Orcus remittat cfr. fr. 8. Lib. I. Praeterea Apollinis oratio videtur fuisse intexta, quippe qui *Pulcher* dici nollet fr. inc. 144. Sed fortasse omnes praeter Iovem die priori concilio interfuerunt cfr. fr. 5. Sed hoc videtur esse manifestum, inter deos consultantes rem non convenisse, ita ut omnia ad Iovem reiicerent, qui alios laudavit, alios reprehendit, id quod ex fr. 55. inc. intelligitur: *Concilio antiquo sapiens vir solu' fuisti"* praeterea dolet, quod priori concilio interesse nequiverit et hac de re de integro deliberandum esse censet. Novum hoc consilium inprimis opera et studio Iunonis institutum fuisse videtur, quippe quae vel tum nomini Romano irata, poenas scelerum tantorum a noxiis repetendas esse censuerat. Quam ad rem efficiendam variis illecebris usa esse videtur, quo facilius Iovis animum pelliceret. Quo ex colloquio versus ille fr. 15. L. I. excerptus esse videtur, ubi Iupiter omnis alius rei immemor nihil aliud quam Iunonis concubitum petit. cfr. Iliad. XIV. 307—327; sed hoc ita intellectum volo, ut non minus probabile esse concedam, si Iuno amoris illecebras adhibuisse fingatur, ne Iupiter priori concilio interesse posset. Quicquid id est, hoc unum satis certum puto, diis placuisse, ut tot tantorumque scelerum quasi piacula P. Cornelius Lentulus Lupus, L. Papirius Carbo et C. Hostilius Tubulus a populo Romano exigerentur. fr. 4. Lib. I. Et Lentulus quidem ille primum nominatur a Livio XLIV. 45. quippe qui eum simul cum Q. Fabio

filio et Q. Metello nuntium victoriae de Perseo reportatae a Consule Romam missum fuisse auctor est. A. U. C. DLXXXIX simul cum L. Valerio Flacco aedilis curulis ludos Megalenses egit. cfr. Liv. XLVI. 18. Freinsh. et fragm. 9. L. I. *per Saturam Aedilem factum, qui legibus solvat.* De eodem Consule cfr. Liv. XLVII. 22. Quanquam, quas res consul gesserit, parum constat, nisi quod anno postero damnatus repetundarum lege Caecilia, post modum tamen ad supremos in republica honores adscendit. cfr. Val. Max. VI. 9. 10. Censor enim cum L. Marcio Censorino factus est. A. DCV. cfr. fragm. 12. L. I. *Si non amplius ad lustrum hoc protolleret unum.* Ex quibus omnibus non satis intelligitur, quam ob rem tanto odio illum habuerit Lucilius, sed facile patet, quae fr. 4. leguntur, a poeta dici non potuisse, nisi dignus illa nota Lupus fuisset. Fortasse ad eundem fr. 55. et 57. referenda sunt: *Nequam et magnus homo, laniorum immanis canes ut; Non tango quod avarus homo est, quodque improbus mitto.* fortasse etiam fr. 74. *Proh! Obtuso ore pugil, piscinensisque resesque.* Sed ad Hostilium Tubulum pertinet fortasse fr. 97. *Ergo Praetorum est ante et prae ire.* Fuit enim ille inprimis praetura infamis. cum enim quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte ceperat pecunias, ut anno proximo P. Scaevola trib. pl. ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri. Quo Plebiscito decreta a senatu est consuli quaestio Cn. Servilio Caepioni. Eundem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse Cicero testatur, ita ut quaerat: cui Tubuli nomen odio non est? cfr. de Finn. V. 22. 62. II. 16. 54. IV. 28, 77. pro Scauro I. 5. Papirius Carbo demum, acerrimus Gracchi partium defensor idemque P. Cornelio infestissimus homo, notior est, quam cuius de rebus pluribus agere necesse sit. Hi tres igitur homines prae caeteris a Lucilio notati fuisse videntur, quippe quorum et impietas et periurium in ore vulgi ferebatur. Sed ad consultationem a diis habitam etiam alia fragmenta commode possunt referri. cfr. ex inc. 2. 46. 61. 65. etc.

Sed fragmentis libri primi adiungendi fuerunt versus a Macrobio laudati p. 597. Ed. Zeune; quod recte me admonuit nuperrimus fragmentorum Lucilii editor *).

Porro chenopodas, clinopodas lychnosque
Ut diximus semnos ante pedes lecti atque lucernas.

Quos quidem versus Scaliger atque Fr. Dusa, tantum terminationis et etymologiae causa a poeta citatos esse rati, libro nono adscripserunt, in quo Grammatica et inprimis Orthographia tractatur. Sed Dusa versus ita emendavit:

p. ch.... ut clin....
Dicimu' κοινῶς ἀντὶ p. l. atque luc.

Et haec adnotavit: videndum tamen ne *coenopodas* sit verior lectio; *κοινόποδες* enim Sophocli *οἱ ὁμοῦ ὁδοπορήσαντες*, viae comites, Socii." quam coniecturam ut audacissimam ita pravissimam iudico. Primum enim non intellexit, poetam suppellectilis nomina e Graeco derivata notare; eiusmodi enim vocabula facillime ab una gente ad aliam transeunt, inprimis quod homines inanes dignitatem rei peregrinarum vocum insolentia augeri existimant. Nil igitur erat, quod Dusa suum illud Sophocleum *κοινόπους* iactitaret. Praeterea ut metri ratio turbata restitueretur potius versus ita erat emendandus:

Porro chenopodasque et clinopodas lychnosque, ut
Diximu' σεμνῶς ante pedes lecti atque lucernas.

Neque enim cur *diximu'* in *dicimu'* mutaretur, neque cur *ἀντὶ* pro ante scriberetur, satis causae illi fuisse video. Imo dubitari potest, num etiam alter versus, qui Lucilii esse putatur, illius an potius ipsius Macrobii verba sint? Tam parum enim a pedestri

*) E. F. Corpet: „Satires de C. Lucilius. Fragments revus, augmentés, traduits et annotés pour la première fois en français. Paris. C. F. L. Panckouke, editeur. 1845." qui liber mense decembri ad me perlatus est, tribus mensibus post quam omnia fragmenta typis erant expressa.

oratione abhorrent, ut talia Horatium spectasse putaverim, cum scribit:

His, ego quae nunc,
Olim quae scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa modosque et quod prius ordine verbum
Posterius facias, praeponens ultima primis;
Non — invenias — disiecti membra poetae.

In aliis libri primi fragmentis has lectionis varietates apud Gallicum editorem notandas esse duxi. fr. I. *concilium* legit pro *consilium*, haud dubie, quod in sequenti fragmento ita scriptum est, sed aliud est; cum plures consilium de summis rebus habere dicuntur, aliud, cum aliquis concilio adfuisse dicitur. fr. II. non habet versus coniecturis expletos, sed lacera Rufiniani verba retinuit. in fr. IV. verba: *divos — fuisset* omisit. fr. VI. *et* inter *aet. temp.* delevit. fr. VII. *facit* non recepit. fr. XIII. in fine *cephalaeaque acarnae.* fr. XIV. *primo hoc minuendo* legit et *capite* intellegit totumque locum ita interpretatur, quasi Iupiter tantam sententiarum diversitatem in deorum concilio indignatus, totam quaestionem unius hominis morte solvendam esse dixerit," ubi omnia temere coniecta, aut ut ita dixerim, ficta sunt. Apud Nonium hoc fragmentum laudatur, ut ablativum pro genitivo poni, exemplo firmetur. Sed verba *primo hoc minuendi* esse corrupta, nemo non intelligit. Iam *promo* est in optimo libro. Inde facile aliquis statuat, *promo* cum *refert* esse iungendum; quod contra esse puto; unde conieci *promo haec minuenda, referi, res,* quae si recte coniecta sunt, poeta priorem syllabam in refert corripuisse putandus est, qua de re infra videbimus. fr. XVII. pro *herpes ita* — mutavit *herpestica;* contra in fr. XX. lectionem *honestam,* quae ferri nequit, retinendam esse censuit; denique in fine pro primo versu Satirae primae Persii cum scholiasta secundum ex Lucilio expressum esse statuit: *Quis legit haec? Min' tu istud ais? Nemo*

hercule nemo." Qua de re iam in adnotatione critica, quid statuam, fusius exposui.

De secundi libri argumento non habeo, quod dicam. Etsi enim fuerunt, qui Lucilium hoc in libro homines luxuriosos perstrinxisse contenderent, et aliquot fragmenta hanc in sententiam explicari posse videntur, plurimorum tamen locorum longe alia est ratio; et in universum nullam fortasse Lucilius saturam scripsit, in qua non obiter de luxuria et avaritia suae aetatis egerit. Neque plus probabilitatis habet Ellendtii iudicium in Proleg. ad Cic. Brut. p. XLVIII, qui ex uno versu eoque satis obscuro Aemilii Scauri mores notatos pellemque ei detractam fuisse statuit, qua nitidus per ora incederet. Praeterea Gallicus editor statuit, in eodem libro rixae sanguineae descriptionem fuisse: plures manibus consertis inter se pugnasse, alterum pro mortuo habitum, eius domum perpurgatam atque expiatam, et iam in eo fuisse, ut funus celebraretur, cum nonnulli alium in capulo iacere viderint. Id quod fragmentis IV. XV. 1. XXII. significatum esse putat. Sed ad luxuriam aperte pertinent fragmenta XXIV. XIV. et fortasse II. quodsi enim catax ille Manlius Cn. Manlius Vulso est, quo duce disciplinam militarem omni genere licentiae corruptam esse fama fuit; — luxuriae enim peregrinae origo ab exercitu Asiatico in urbem invecta est — cfr. Liv. XXXIX. 6. Plin. N. H. XXXIV. 8. „Nam triclinia aerata abacosque et monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invexisse triumpho suo, quem duxit a. U. DLXVII. L. Piso auctor est." cfr. Augustin. de Civ. dei III. c. 21. quibus ex locis, quae Corpet laudavit, intelligitur constantem illam famam de Manlio fuisse — pro *Hostilius* quod ego emendaveram, *hostibus* corrigendum; *hostilibus* enim quod C. retinuit, ferri nequit. Praeterea C. cogitavit de Manlio Verna, quem et Pantolabum fuisse appellatum supra vidimus, cuius quidem nominis commemoratio ab hoc loco aliena esse videtur.

Singula loca quod attinet in primo versu fragm. primi Chr.

Wasse Senar. c. 14. p. 198. *quum* et primam syllabam vocabuli *vidissent* in unam coaluisse statuit, id quod apud Plautum saepius animadvertitur. Sed *illic* quod I. Ryckius Epist. Select. Centuria p. 17. pro *illi* reposuit, minus probabile esse duco. fr. III. quod in Codicibus est, C. exprimendum curavit, etsi paucae coniecturae probabiliores inveniuntur quam Dusiana: *obductoque tenebris*. in fr. quinto Scaligeri coniecturam *Nomentani* pro *nomen iam* recepit, quod perperam factum iudico. Meam coniecturam si admittis, omnia bene se habere videntur. In fr. VI. neque lectio satis certa, neque sensus manifestus. Nam Fr. Dusa et M. Schmidt. *ego* expellunt et versum ita legi iubent: *Quae nunc Aemilio praecanto atque exigo, atque | Excanto.* Wasse Senar. c. VII. p. 85. legit: Quae ego nunc Aemilio praecanto atque exigo, atque excanto. Ad Aemilium Scaurum haec referri vix posse, iam supra vidimus; sed etiamsi Aemilium praeconem significatum esse ponimus, a quo Scipionem, Censuram petentem, in forum deductum esse Appius Claudius irrisit; cfr. Plut. V. Aem. Pauli c. 38. non facile constitues, quid potissimum illo versu poeta significaverit. *Praecantare* enim aut fere idem est quod *incantare*, aut praecinere significat i. e. carminibus magicis aliquid praeparare cfr. Tib. I. 5. 11. *Ipseque ter circum lustravi sulphure puro, Carmine cum praecinuisset anus.* quodsi igitur eandem huius verbi nostro loco significationem esse putamus, totius versus sensus hic esse videtur: quod ego iam carminibus magicis ante decantatis ab Aemilio depello et incantationibus tollo vel exstinguo. Quas res poeta intelligat, in incerto est. fr. VII. Corpet ad Scipionem Africanum maiorem refert, sed facile est ad intelligendum, eadem verba etiam in Scipionem Nasicam et Opimium, Gracchorum interfectores, convenire, ita ut res in medio relinquenda esse videatur. Sed epitheta *vagus* et *exlex* et verbum *erret* potius Opimii condicionem significare videntur, cui aqua et igni interdictum erat, quam ad Scipionem pertinere, qui sponte in exilium ivit. fr. VIII. pro *homo*

quod typothetarum errore in mea editione expressum, recte *horno* scribitur. Ex fragmento XI. duos versus fingi posse iam in *Addendis* vidimus; alterum: *impuratus homo est, impuno atque rapister*; alterum: *impudicus homo est impune et rapinator.* quos quidem versus admodum similes esse nemo non intelligit; *impuratus* est fere idem quod *impurus*, quod Scholiastae *impudicum* explicant. *impuno* iam in margine Cod. W. *impune* scribitur, et *rapister* atque *rapinator* nihil aliud quum variae eiusdem significationis formae sunt. in fr. XII. quam proposui et exprimendam curavi coniecturam, ea confirmatur loco Auli Gellii VII. 12. ubi *chiridotae tunicae* commemorantur. quare magis etiam quam antea Schmidtii coniecturam, *Hypodyti*, quam et C. recepit, reiiciendam esse puto. fr. XV. C. Dusianam recensionem retinuit. *Tum farto omnia sunt circumlata*; ego autem ductus litterarum secutus, Graecam admisi structuram: *Tum ferta omnia circumlatus sum.* cfr. Metell. Numid. ap. Aul. Gell. XV. 14. *sese maximas pecunias exactos esse.* cfr. Plaut. Trin. II. 4. 26; fr. XXI. C. scribit: *Noctiluga* et vocabulum *medica* pro parte Luciliani fragmenti habet, cuius rei ne minima quidem significatio apud Festum est.

De *tertii* libri argumento et certissima antiquorum scriptorum exstant testimonia, et ipsa fragmenta ita sunt comparata, ut apertam significationem argumenti habeant. Sed hoc non est silentio praetereundum, vel in hac satira res diversissimas fuisse tractatas. Quodsi enim Scholiastis fides habenda est, non modo iter usque ad fretum Siculum hac in Satira erat descriptum, sed etiam in poetarum aequalium, Ennii, Pacuvii, Caecilii, Terentii carminibus exagitandis multus fuerat. Caeterum satis constat tertii libri fragmenta ab homine doctissimo et acutissimo, Vargesio, fuisse edita, disposita atque illustrata; qui cum omnia fragmenta ad unum iter pertinere statuerit, nonnulla ex aliis libris et inprimis ex incertis adiunxit, cfr. fr. inc. Ed. D. 96. II. 10. 14. 53. Ceterum ut acumen ingenii et eruditionem hominis doctissimi in

disponendis et interpretandis fragmentis laude dignum iudico, ita non ad eius exemplum novum fragmentorum ordinem instituere volui. Quamvis enim ille nonnulla melius ordinarit, in longe plurimis fluctuat iudicium, et in utramque partem disputare licet. Quare melius esse duxi, ordinem vel potius confusionem omnium locorum, quae adhuc vulgata erat, retinere quam novam quandam dispositionem instituere, in qua et ipsa multa parum probabilia, incerta, falsa esse facile aliquis docuerit.

De ipso itinere multa satis probabilia Vargesius exposuit, quae exscribere putidum est. Et primum quidem de consilio verum vidisse videtur, quod animi causa Lucilium peregrinatum esse statuerit. Etsi enim mores illius aetatis multum ab iis abhorrebant, quos Seneca de tranquillitate animi II. 11. describit, tamen Romanos ruris amantissimos, hoc in deliciis habuisse putaverim, ut non modo in Asia et Graecia peregrinarentur, sed ipsam Italiam peragrarent. Neque magis Campania quam Bruttii et Lucani saltus studia hominum excitabant; cfr. Hor. S. I. 6. 102. C. II, 16. 18. quid terras alio calentes sole mutamus? Sed falsi sunt, qui Lucilium iter pedibus ingressum volunt, et ad hanc rem confirmandam Catonem illum veterem laudant. Etsi enim illius dictum laudatur *pedibus compensari pecuniam*. Cic. pro Flacco 29. et Plutarchus auctor est, eum pedibus multa itinera confecisse, cfr. c. 1. *ἐν δε ταῖς πορείαις αὐτὸς ἐβάδιζε φέρων τὰ ὅπλα, καὶ θεράπων εἷς εἵπετο τὰ πρὸς δίαιταν αὐτῷ κομίζων* cfr. c. 6. *Ἐπεφοίτα δὲ ταῖς πόλεσιν, αὐτος μὲν ἄνευ ζεύγους πορευόμενος, εἷς δὲ ἠκολούθει δημόσιος ἐσθῆτα καὶ σπονδεῖον αὐτῷ πρὸς ἱερουργίαν κομίζων κ. τ. λ.* ipse tamen Seneca iam hoc in summa frugalitatis laude ponit, quod ille canterio vehebatur et hippoperis quidem impositis, ut secum utilia portaret cfr. Seneca Ep. 87. ad quem quidem morem se quoque iter facere Horatius significat S. I. 6. 104. „Nunc mihi curto ire licet mulo vel, si libet, usque Tarentum, mantica cui lumbos onere ulceret atque

eques armos." neque alio modo illum iter Brundusinum ingressum esse putaverim, ubi alii illum pedibus usque ad Forum Appii profectum esse putant. Ex fragmento IX. igitur: *Mantica canteri costas gravitate premebat* nemo colligat, caballum tantum sarcinis fuisse oneratum, Lucilium pedibus iuxta ivisse; canteriis enim ad equitandum usos fuisse veteres, unus Ciceronis locus de N. D. III. 5. testimonio est: (Tyndaridas) tu cantheriis albis, nullis calonibus, obviam Vatinio venisse existimas etc. Iam singula quod attinet, primum Vargesium versum illum lacerum, quem Vet. Interp. ad Virg. Aen. II. 82. adnotavit, falso huic libro adscripsisse puto; ne enim omnia turbentur, numerum librorum in quantum fieri potest tuendum esse existimo. Praeterea ex incertis huic libro adiunxit fr. 77. *pulchre invitati sumus acceptique benigne* et fr. 95. *terra abit in nimbos imbresque.* fr. 53. *saxa et stridor ubi acquierunt tum sibilus instat* et fr. 11. *hunc catapiraten puer eodem deferat unctum, plumbi pauxillum rodus linique metaxam* et fr. 10. *armamenta tamen, malum, vela omnia servo; funis enim praecisus cito atque anquina soluta est;* denique fr. 14. *et velut in fabrica fervens cum marculus ferum multorum magnis (tuditantium) ictibus tundit.* Sed multa alia non minus probabiliter potuisse eidem libro adscribi, quis est qui neget? Dicat aliquis fr. 27. *perminxi lectum imposuique pudendam pellibus labem* ad eundem fere casum posse referri, cuius Horatius in itinere Brundusino mentionem fecerit. Itidem fr. 36. inc. commode poni potuit, ubi de rusticano hospitio egit, ut fastidia hominum luxuriosorum notaret. Contra fr. 58. ad tempestatem, qua in mari deprehensi conflictabantur, fr. 70. ad labores terrestis itineris pertinere facile credideris. Et talia multa aliquis afferat, qui laudem ex eiusmodi coniecturis vel hariolationibus petat, quales, quo quis est audacior, eo plures proferat cumuletque. Iam quod Van Heusdius Vargesium reprehendit, quod non fragmenta 7., 8. et 9. L. IV. tertio libro adiunxerit, inprimis cum apud Ciceronem nulla libri nota

sit adscripta; homo ille doctissimus parum considerate fecisse videtur, quod Nonius alterum fragmentum ex quarto libro laudavit, neque haec poterant seiungi. Imo mihi quidem res parum certa esse videtur, num munus gladiatorium Capuae editum hoc in itinere Lucilius descripserit. Certe ex fragmento 22. . . . *Ille alter abundans cum septem incolumis pinnis redit ac recipit" se* hoc non necessario sequi unusquisque intelligit; poterant enim haec vel tropice dici et nonnulla esse indicia puto, non tam certamen gladiatorium fuisse narratum, quam nonnullos homines e vulgo rixam super mero coortam caede et vulneribus transegisse; id quod mihi quidem fragmenta 21 et 25 significare videntur; quod magis etiam fieret probabile, si Iunii coniecturam in fragmento 21. admittimus: *Bronchus ovàt lanius.* Cuius victoria ut celebraretur commode addi potuit, fr. 22. *ille alter abundans cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.* De reliquis itineris casibus, quos Vargesius ex fragmentis eruisse sibi visus est, nil amplius addo.

De quarto libro exstat Scholiastae iudicium, qui ad tertiam Persii satiram haec adnotavit: *Hanc satiram poeta ex Lucilii lib. IV. transtulit, castigantis luxuriam divitum et vitia.* Quod autem magis ad argumentum quam ad formam carminis pertinere existimo; nam et sermo ille magistri cum discipulo institutus nimis abhorret a Lucilianae aetatis moribus, et graecae philosophiae contemtionem vix a Lucilio tum graviter notatam fuisse credo. Ne quis igitur vocabulum *transtulit* nimis premat; in verborum enim electione haud ita magnam curam hoc hominum genus impendit. Accedit quod Horatii satiram secundam libri secundi ad idem exemplum expressam esse statuunt, cuius color est diversissimus; quem equidem multo proprius vestigia Lucilii secutum esse statuo, quam Persium, qui, quae eius ingenii fuit proprietas, nonnisi paucos flores e Lucilio delibare potuit. Laelii enim persona multo propius ad Ofelli rustici simplicitatem atque frugalitatem

accedit, quam venenata illa severi magistri obiurgatio. Sed etsi Laelii partes primariae in hoc libro fuerunt, tamen non omnia ad idem argumentum referenda sunt. Neque enim certaminis gladiatorii descriptio, neque quae ad mulieres spectant, ingenio et moribus sapientis Laelii convenire videntur. Sed ad luxuriae reprehensionem nonnulla fragmenta ex incertis pertinere videntur cfr. fr. 192. *quod thynno capto cobium excludunt foras.* 193. *Occidunt Lupe, saperdae te et iura Siluri* fortasse etiam 132. *Legem vitemus Licini.* 133. *Fanni centussisque misellos.* Quae omnia non minus recte huic libro adscribi poterant, quam sex priora fragmenta quae Dusa, quamvis nulla libri nota addita esset, ad quartum librum pertinere statuit. Ceterum quod nuperrimus editor sexto fragmento nonnulla verba adiunxit, perperam fecisse videtur. Apud Ciceronem enim totus locus ita scriptus est de Finn. II. 8. 23. „nemo nostrum istius generis asotos iucunde putat vivere. Mundos, elegantis, optumis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantis cruditatem: *quibus* etc. Adhibentis ludos et quae secuntur, illa, quibus detractis clamat Epicurus se nescire, quid sit bonum; adsint etiam formosi pueri, qui ministrent, respondeat his vestis, argentum, Corinthium, locus ipse, aedificium; — hos ergo asotos bene quidem vivere aut beate nunquam dixerim." Quibus ex verbis recte colligitur, Ciceronem mores quidem illorum significare, *adhibentes ludos* cum dixerit, sed non ipsius auctoris verba exprimere, alioquin etiam verba *vitantis cruditatem,* ipsius Lucilii esse, foret statuendum; quod contra se habet.

In fr. XI. C. retinet Merceri coniecturam et ita scribit: *Tisiphone tinctis pulmonibus* etc. qua de coniectura quid sentiam iam in adnot. crit. exposui. fr. XV. idem ita legi iubet: *ne agitare manu tu pessulum et hunc vectem cuneo ipse . . .* fr. XVII. idem *concursaret* exprimendum curavit. etiam in XVIII. vulgatam retinuit. f. *homo* fr. XIX. *subiicit huic fulcrum.* Ceterum totius libri

argumentum quod attinet, vel ex paucis, quae reliqua sunt, fragmentis intelligitur, etiam de mulieribus poetam egisse; quarum qualem habitum esse velit significat fr. X. quae verba admonent loci Terentiani Enn. II. 3. 26. *Color verus, corpus solidum et succi plenum* et versus Luciliani lib. XXVIII. *hic corpus solidum invenies hic stare papillas pectore marmoreo*; eodem etiam fr. XII. referam, quippe quod aestum amoris atque libidinem praeclare adumbret; quid enim hi versus cum Hesiodi fabula de luscinia a milvio arrepta simile habeant cfr. Hesiodi Op. et dies vs. 201 sqq. (quod Van Heusdii fuit iudicium) equidem non intelligo. Imo etiam locum de Tisiphone ad cruciatum laesi amoris pertinere putaverim. Eademque ratio est versuum XVI. et XVIII., fortasse et fragm. XV. ubi amator intelligendus esse videtur, qui vi aditum ad puellam sibi parare studet.

In libro quinto Lucilius cum amico, quem Scaliger satis acute rhetorem fuisse suspicatus est, cfr. Lect. Auson. II. 4. p. 156. conqueritur, quod ad se aegrotum non viseret cfr. Gell. N. A. XVIII. c. 8. simulque artificiosam illam orationem, quam in rhetorum scholis iactitabant, scite irridet. Inest praeterea quaedam exprobatio inconstantiae, cum olim illum amicum aliter animo affectum fuisse statuat; quam quidem sententiam confirmare videtur fragm. VII. si quidem mea coniectura recipitur: *Sanus tu solus magno in moerore metuque Tristitia in summa crepera in re inventu' salutis*, *Portus* | cum quibus versus fragm. VIII. iungendi, quos plane corrupit Ryckius Ep. sel. cent. nov. p. 20. *Et cum visu' nihil facere est*; neque quae verba Diomedes ex Lucilio laudat: *curarum retia nexit* cum hoc versu confundenda sunt. *retia* enim *nexit*, absolute dictum idem significat, quod insidias tendit, et recte interpretes versum Propertii laudarunt El. III. 8. 37; *At tibi qui nostro nexisti retia lecto.* Se contra fidem servasse testatur, quod significat fr. V. Sed spem suam falsam fuisse demonstrat, quod autem eo excusatum esse vult, quod ipsum Tiresiam

sapientissimum aliquoties lapsum esse fama fuerit fr. X. Sed satis vulgatam causam ruptae fidei avaritiam esse statuit, quae nullis opibus satietur fr. II. cum plebs summa inopia prematur. Simul cum avaritia invaluisse ambitionem, quae et ipsa multos homines falsos fieri cogat; cuius sententiae significatio est in eo, quod Laelium, frugalitatis et innocentiae exemplum, longe alia secutum dicit et laudibus celebrat fr. XVII. fr. XII. Sed perfidiae hanc esse rationem, ut initio nonnisi ingenti pretio peccet, mox autem parvo lucro se induci patiatur cfr. fr. 3. Sed tantam hominum illorum esse stoliditatem, ut ipsos deos simulata pietate fallere studeant. fr. IX. His moribus opponit frugalitatem priscorum hominum, cfr. fr. XIII — XVI. et fr. 26. qua de re cfr. Charisius I. 18. 18. p. 56. Ed. Lind. ,,Lucilius in quinto deridens rusticam coenam enumeratis multis herbis *intibus*" etc. etiam fr. 26. eandem rem illustrat cfr. Charis. I. 18. 3. p. 53. Ed. Lind. ,,nam et Lucilius quinto *adipatam* dicit genere feminino, sed ubi iungit, *pultem*." Falsi autem sunt, qui his versibus rusticam quandam coenam immodicis sumptibus paratam describi existimant. Sed recte Van Heusdius fr. 16. ex incertis XXVI. hunc in locum transponendum esse censuit: *aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est, quantum habeas tanti ipse sies, tantique habearis*, quod Horatius bene his verbis expressit: *Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis* S. I. 1. 62. Quo ex loco num colligendum sit, Horatium in universum in illa satira multa ex Lucilii quarto libro expressisse, mihi quidem perquam est dubium. A Venusino enim poeta causae illustrantur, quibus rebus inducti homines de sorte sua querantur. Et primariam quidem eius mali causam avaritiam esse statuit. Sed Lucilius in eandem sententiam ut Salustius Cat. c. 12 sqq. de his malis locutus esse videtur. Fortasse in fine huius libri Q. Metelli Caprarii mentionem iniecit, qui quidem olim praetor, postea in castris ad Numantiam se pessimum hominem praebuit. Ad cuius iurisdictionem fragment. XI. et XXIII. retulerim; ad res bellicas

fr. XX. XXI. XXII. Iam quae partes scortatoris fuerint, equidem nescio. Ad hoc enim hominum genus fr. XXIII. spectat cfr. Schol. ad Hor. I. 2. 125. *Haec ubi supposuit dextrum corpus mihi laevo:* quod et Lucilius in quinto: praeterea fr. IX. etiam hoc loco commode commemorari potuit, et si Corpetii explicationem admittis, etiam fr. VI. *dic quae cogat vis ire minutim per commissuras rimarum* i. e. intrare per cunum. Cetera fragmenta XVIII., XIX., XXI., XXIV., XXVIII. prorsus aliena; de quibus non habeo quid dicam.

Varietatem lectionis quod attinet, primum in fr. III. vs. 1. *primus* corrigendum pro *primas*. fr. VII. Schmidt ita corrigit: *sane tute es solus mihi* Corpet: *sane nunc tu solu mihi* Barth. Advers. XXIV. c. 11. et L. XLI. c. 13. *soli sancte mihi in magno moerore* etc. Sed postea alius Codicis lectionem secutus coniecit: *Asta nunc mihi sol, magno in moerore, merymna, tristitia orepera tu inventu' salutis.* fr. IX. Corp. scribit: *Consilium fassi; placent; tum impune luparis* cetera ut vulgo. In fr. IV. Corpet verbis transpositis hunc versum fingi posse statuit: *Nam dolor omnibus unu' receptu' labosque.* In fr. XIV. idem lectionem *perserpsit* exprimendam curavit etiam in XV. antiquarum editionum scripturam retinuit: *Urceus aut longa geminus mixtarius ansa.* In fr. XIX. coniecturam Balth. Venatoris recepit. *nasi rostrique rep.* Van Heusdius Stud. Crit. p. 182. his verbis Pacuvii versum irrideri statuit; qui est apud Quinctilianum l. c. 5. *Nerei repandirostrum incurvicervicum pecus.* fr. XXVIII. idem admodum scite ita corrigi posse statuit .... *Scutellam | Ligneolam in cerebro infixit.*

In libro sexto Schoenbeck Quaest. Lucil. Part. p. 18. cum de vita forensi tum de studiis veteratorum poetam egisse statuit; quorum pauperem quendam et sordidum descripserit fr. I. nequissimum et petulantem fr. IX. hominem non magnum, nasutum, macellum. Sed re accuratius examinata nil aliud nisi sordes hominis avari descriptas video; similiter Horatius S. I. 1. 70. *congestis*

undique saccis indormis inhians. Neque fr. II. aliud quam eiusdem hominis tenuitatem exprimit, qui nulla vi a thesauris se abripi patitur. Cuius quidem suppellectilis tenuitatem fr. XIII. illustrat, etiam fr. XIV. credo, omnes enim, quae putantur, longe ab eo abesse delicias dicit. cfr. fr. XVI. quibus verbis vas quoddam vilissimum aliquis significatum esse statuat, imo, nisi fragmentum sextum propius ad metrum trochaicum accederet et Scaligero iudice libro XXVI. adnumerandum esset, eius versus sententia optime mores homines sordidi exprimeret. in altero versu haud dubie *Ac cachin.* emendandum est. Praeterea mores nobilium adumbratos existimo, qui nobilitatem et titulos, ut Taciti verbis utar, ad licentiam et nequitiam referunt. cfr. fr. IV. IX. et connubia plebeiorum hominum respuunt fr. XVIII. Sed in plebe salutanda omnem superbiam deponunt. fr. XX. cum proprie salutatio amici sit; sed nulla res homines illos prohibent, quominus ambitioni serviant. Iidem autem homines, in ius vocati in causis agendis omnem modum excedunt, et decoris immemores mala sua conqueruntur. fr. III. et saepe malis artibus assequuntur, ut criminis absolvantur fr. II. Sed non minus probabile dixerim, quod Van Heusdius mali oratoris mores describi putat, et recte fortasse Corpetius C. Gracchum intelligit, quippe quem Plutarchus (V. Tib. 2.) *τὸν δὲ Ῥωμαίων πρῶτον ἐπὶ τοῦ βήματος περιπάτῳ τε χρήσασθαι καὶ περισπάσαι τὴν τήβεννον ἐξ ὤμου λέγοντα κ. τ. λ.* De animi constantia igitur atque tranquillitate, quam Duentzerus hoc in libro laudatum credit nil equidem vidi. Nam ne reliqua quidem fragmenta ad eandem rem faciunt. Mulier quaedam impudica notatur fr. V. qui locus Crassi et Mucii commemorandi datus fuerit fr. VII. plane ignoratur.

Ceterum in fr. V. Mercerius *Chaunomene* scribit i. e. *χαυνουμένη* verbi *χαινοῦμαι* i. e. superbia inflatum esse. Duentzerus ut infra scriptum est, *θαυμαστῶς* vel *θαυμασίως*, qua de re iudicare difficile est.

Quod septimi libri argumentum fuerit, plane incertum est. Petermann „hoc libro, inquit, Lucilius egit de re uxoria et amatoria, id iam fragmentum demonstrat, quod Dousa primo loco posuit etc. fere omnia reliqua fragmenta apte ad illud argumentum referri possunt." Schoenbeck: fortasse poeta feminarum libidinem insectabatur, ubi Matronulia et qui illis simillimi sunt dies festi, Saturnalia tetigit." Sed Duentzerus de voluptatibus libidinosis agi contendit; Van Heusdius nil certi statuere audet. Iam singula fragmenta quod attinet, hoc satis manifestum est, primo et secundo fragmento de rixis coniugum agi, sed infimorum hominum ex plebe vel servorum credo, quocum facit fr. IV. quo dies festus servorum Sigillaria significantur. Ad meretricum amores spectant fr. X., XI et XII. Contra spurcae libidinis significatio est in fr. XXII. et fr. VI. a quibus moribus qui abhorrent, paucis describit. fr. III. Nec non fragmentum V. munditias pathici pueri exprimere videtur, quocum aliquis coniungat fr. XIII. quae quidem luxuriae et libidinis instrumenta supervacanea esse statuit, si qui minus elegantes formarum spectatores sint fr. XIV. cum contra, qui sibi prae ceteris culti atque eruditi esse videntur, omnia contemnant quae ab elegantioris vitae cultu abhorrent fr. IX. et XV. Sed fr. XII. praemia militiae memorantur, et fr. XVI—XX. tam abrupta sunt, ut nihil certi inde colligas, nisi forte fr. XVII. si recte verba restitui: *callosa ac bene plena ova tunc olorum ac anseris collus"* remedium quoddam ad Venerem irritandam significant. Sed rem in medio relinquo. Longe plurima igitur fragmenta aut ad meretricios aut ad puerorum spurcos amores pertinent, et ad eorum hominum studia, qui effrenatae libidinis sunt. Quare qui aliter statuunt, videant quomodo haec argumentis confirment.

De libri octavi argumento Schoenbeck ita disserit: „Mihi quidem poeta vitam domesticam exposuisse videtur, qualesque bonae coniugis virtutes esse deberent." Duentzerus: de meretricum illecebris poetam egisse [illegible]; et librum fornicem fuisse



inscriptum; Van Heusdius et Peterman rem silentio praetermittunt. Id quod fortasse optimum erat. Sed de meretricum amoribus quinque fragmenta II. IV. V. XI. XIII. intelligenda sunt; similis argumenti esse videtur versus, qui olim libro octavo adscribebatur: *Inde parectatoe, chlamydes ac barbula prima;* sed apud Non. p. 48. liber nonus citatur. Corpet falso *parectato* legit; reliqua quo pertineant incertum. Sed de varietate lectionis hoc notandum; in fr. III. *cercurus curreret aequis* expressit Corpetius. fr. IX. *Hiberam insulam fomento omnicolore colustra* cum plane intelligi non possit, Schoenbeck ita scribit. *Hibera.insula fomento o. c.* haud dubie, ut in illa terra, quam poeta verbis *Hibera insula* significat, his remediis homines uti statuerit. Sed quid ad haec verba explicanda aliud fragmentum ex incertis adiunctum faciat: *iactans me ut febris querquera"* equidem non intelligo. Barth. Advers. L. XXVII. c. 3. haec habet: quod insula et hibera ea ad colustram, ut lac novum videatur dicere. Emacula:

Gibra anus pusam fomento omnicolore, colustra.

scil. curat, credo. fr. XI. Corpet legit *Laeso iam lacrimas* quod mendum scripturae puto pro *laefo,* quod in nonnullis editionibus est. Idem huic libro fr. 1. libri noni adiungit et fr. 34. Lib. III. quod ita scribit: *amicula aspera atque praecox* quod, auctore Palmerio, Spicil. p. 777. verba: *est fuga* incuria librarii ex fragmento Varronis transcriptum putat. — Libri noni argumentum nonnullis Grammaticorum testimoniis satis apertum est; quippe in quo poeta et de orthographia et de litteris praecepisse, et Accii et Ennii carmina emendasse, et duplicis genii, quem nobis omnibus adpositum esse Euclides Socraticus statuit, mentionem fecisse dicatur. Quae quomodo inter se iuncta fuerint, haud facile dixeris; sed poetarum, quos supra memoravi, maxime videtur vituperasse orthographiam, quod Accius geminatis vocalibus scribi longas syllabas voluit. cfr. Terent. Scaur. p. 2255. Accedit iudicium Arnobii adv. gentes II. c. 6. Unde quaeso est vobis tantum sapientiae traditum? . . . Quia

per casus et tempora declinare verba scitis et nomina: quia voces barbaras soloecismosque vitare; quia numerosum et instructum compositumque sermonem aut ipsi vos nostis efferre, aut, incomptus quum fuerit, scire; quia Fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponii obsignatum memoria continetis?" Unde recte aliquis coniiciat, librum illum, in quo Lucilius multa Grammatica tractaverit, Fornicem fuisse inscriptum. quod quidem nomen unde tractum sit, plane ignoratur. Sed Van Heusdius inde coniicit, fornicem illum esse arcum Fabianum in sacra via, et quod Porphyrion ad Hor. S. I. IX. 78. ad verba: *sic me servavit Apollo* adnotavit: „hoc de sensu Homerico sumpsit, quem et Lucilius in Satyra IX. repraesentavit," Horatianae Satyrae atque Lucilianae idem fere argumentum fuisse statuit; Poetam enim circa arcum Fabianum in hominem quendam importunum incidisse, eumque frumentarium, qui poetae, olim publicano (?) cuius in cognitionem venisse videtur, hoc iniunxerit, ut defensionem, quam criminis alicuius causa in ius vocatus, paraverat, emendaret atque corrigeret; quam quidem rem illi ansam praebuisse, ut et de Grammatica et de rhetorica multa disputaverit. Quod ut ingeniose coniectum esse non negaverim, tamen non iis argumentis firmatum atque munitum est, ut omnium assensum ferre posse videatur. Habet tamen haec sententia, quo commendetur; primum quod multis rebus probabile esse videtur, Horatium Lucilii vestigia multo magis pressisse, quam adhuc opinione receptum est, et quod similia verba ex utroque carmine laudantur. Sed subtilior disputatio de litteris et syllabis et ab ambulatione et ab orationis examine longissime abesse videtur; quare etsi inscriptionem illam veram esse iudico, tamen et eius causam et totam carminis dispositionem nos ignorare ingenue profiteor, idque prudentius factum puto, quam novis usque coniecturis vanam gloriolam quaerere. Saepius enim fit, ut coniecturae, quibus, quae ignota sunt, explicare studemus, ipsae explicatione egeant, vel novorum errorum causae sint. Praeterea recte animadversum est,

alia accedere fragmenta, quae ab omnibus, quae supra enumeravimus, Grammaticorum testimoniis aliena esse videntur; nam de foedo quaestu, de avaritia nec non de Saliis quibusdam vetustis verba fecisse videtur; quae omnia ut obiter commemorari potuisse videntur, ita certam quandam argumenti varietatem comprobant. Et fragmentum quidem, quod primo loco ponitur, nihil ad litteras et syllabas pertinere nemini obscurum est; Sive enim *panum* tramae involucrum intelligimus, quod diminutive *panuelum* vocamus, sive tumor inguinis intelligitur, qui ex formae similitudine ita vocatur, neutrum ad Grammaticam referri potest. Sed cum Nonius Lucilii locum laudaverit, ut priorem illam significationem illustraret, hoc quidem satis certum est, versum, qui apud Lucilium est, *foris subteminis panus est*, in hanc quidem sententiam esse interpretandum. A quo quidem plane diversus est locus a Prisciano laudatus: *Intu' modo stet, Erectus subtemini panus.* nam pro *foris* h. l. *intus*, et verba *stet* et *erectus* accedunt, quae ad mutandum sensum multum faciunt. Sed conferas, quaeso, Ludov. Ferd. Schmidt. C. Lucilii Satirarum, quae de libro nono supersunt frag. disposita et illustrata. p. 40. qui ut plurima docte et diligenter commentatus est, ita de hoc loco pluribus egit; sed apud Charisium verba: *subtemini panus*" ex libro octavo vel quarto laudantur. Schmidtius autem ex duobus unum facit fragmentum: *Intu' modo stet rectu', foris subteminis panust* et hoc addit: „videtur de opere textili agi.... nec verba illa *stet rectu'* non quadrant ad notionem staminis, de quo Varro L. L. V. p. 117. Sp. „Stamen a stando, quod eo stat omne in tela velamentum." Denique *intus* et *foris*... ita conveniunt texturae descriptioni, ut *intus* ad *stamina* et *foris* ad *subteminis panus* referre liceat... Ut dicam, quod opinor, Lucilius de homine loquitur, quem non ex corporis specie, sed ex animi virtutibus pendi iubet; modo is intus i. e. ex animo recte habeat, quod foris i. e. in externo hominis cultu conspiciatur, tegumentum esse, rem neque ad laudem, neque ad reprehensionem vere

facientem. Atque hac ipsa ratione Lucilium de aequalibus suis censuram fecisse testatur Horatius S. II. 1. vs. 62.

Lucilius ausus
primus in hunc operis componere carmina morem
Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora
Cederet, introrsum turpis etc.

quae perquam ingeniose a viro illo doctissimo disputata esse nemo non intelligit; attamen vereor ut verba illa satis apertam sententiae, quam efficere vult, significationem habeant; neque in pano vel panicula eadem vis quae in pelli esse videtur.

Fr. II. recte Schmidtius iudicat *deinde* inter duos versus esse interponendum; qua quidem re et versus integritas restituitur, et pauca omissa significantur, poterat enim exempla quaedam laudare scripturae a se improbatae. fr. III. *κακοσύνθετον* scribendum esse iam in adn. crit. vidimus. *ar me* est apud Plautum Truc. II. 2. 17. ad *illi* Corpet animadvertit: rusticum hominum, qui antiquiore illa forma utatur, esse intelligendum; quod mihi quidem contra videtur; ipsum enim poetam notare videtur.

Fr. IV. Pro: *Dne an t* scribendum est: *Dne an C"* illud merum scripturae mendum est. Ceterum fortasse etiam hoc loco Plautum intelligit, qui aliquoties hoc vocabulo usus est. cfr. Capt. III. 4. 72; et Rud. III. 4. 72. Ad lectionem, quam coniectura restituit, recte Schm. contulit Terentian. Maur. p. 2388. 13. *Refert nihili k prior an Q. siet an C.*

Fragmenti sexti sententia manifesta est. Praecipit enim poeta de varia scriptura et genitivi singularis et nominativi pluralis et nonnullorum vocabulorum, quae prout i longam, aut i correptam habent, *ei* vel *i* scripta esse voluit. Sed qui sequuntur apud Dousam versus, quos etiam Corpetius exprimendos curavit, aut ita laceri sunt, ut praeter pauca vocabula nil satis certum dixeris, aut ex libro quarto in alienum locum illata sunt. Lucilii igitur esse videntur: *Servandi numeri numerum servemus . . . quae;* ubi

fortasse recte coniectura restitutum est *modumque.* versus sequentis initium: *Nos Caeli Numeri* ex ipsius Charisii verbis a Scaligero videtur esse coniectum, fortasse etiam *faciendi;* his ex verbis novum ille finxit versum; quae omnia, donec Codex minus corruptus vel mutilatus inveniatur, sunt incertissima. Iam quae ex quarto libro laudantur: *Pro hoc si filius Luci | Feceris | solum ut Corneli Cornificique* quomodo ex Schmidtii coniectura leguntur, ita demum emendata videri debent, si recte ad librum nonum referuntur. Ex fragmentis IX—XII. intelligitur poetam non solum de litteris et syllabis sed etiam de verborum significatione, de coniugationibus et de terminorum, qui technici dicuntur, propria notione et interpretatione disputasse. Sed, ni fallor, ea totius loci est ratio, ut poeta ab invidorum obtrectationibus se defendisse videatur, qui quod ille passim Homerum, Ennium alios reprehenderat, hoc ei vitio dederunt. Facile igitur credideris, Lucilium omnia fere grammaticorum praecepta, quae de litteris, de syllabis, de verbis declinandis et de rhetorices legibus vulgata erant, accuratius examinasse et quid ipse de his rebus sentiret, fusius exposuisse. Ad multa igitur, quae desiderantur, explenda Schm. ex fragmentis incertis huic libro adnumeravit: *Cecilius pretor ne rusticus fiat, — Ergo praetorum est ante et praeire | Ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla. irritata canes quam homo quod planius dicit:* quae omnia aut grammatici alii libro adscribunt, aut ipse rectius alio referri statuo. Miror tamen, quod non verba: *huic Terentiae Orbiliae* fr. 103. *qui schedium fa [cit inconditum et inelaboratum]* fr. 94. *Adde soloecismon genera ac vocabula centum* fr. 120. *Homerus alter* fr. 165. et *schema bonum est quotiens sensus variatur* fr. 184. etiam ad huius libri argumentum illustrandum adhibuerit. Sed reliqua pars fragmentorum inde ab XIII—XXVI. nihil commune cum grammatica habent; quae quomodo cum illis fuerint coniuncta, ne coniectura quidem facile assequaris.

Lucilii libro decimo lecto, veteres glossae in vita Auli Persii

tradunt, Persium vehementer Satiras scribere studuisse eiusque libri initium imitatum esse, sibi primo, mox omnibus detrectantem. Iam quaeritur, quae fuerit illa imitatio? Suspicatur enim Iahnius (Proleg. ad Persium p. LVII.), illum id quoque a Lucilio sumpsisse, ut prologum, choliambis compositum, satirae versibus hexametris scriptae proposuerit. Quam ad coniecturam confirmandam Petronii verba Sat. IV sqq. laudat: *Sed ne me putes improbasse schedium Lucilianae improbitatis, quod sentio, et ipse carmine effingam.* Tum sequitur parvum poema, quatuordecim versibus hexametris, quos praecedunt octo choliambi. Praeterea apud Apuleium de deo Socr. p. 364. Elm. haec leguntur: „Sed ut me omnifariam noveritis, etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio et incondito experimini an idem sim repentinus, qui praeparatus." Unde recte quidem hoc colligas, vocabulum *schedium* a Lucilio fuisse usurpatum, quod supra vidimus. Sed fortasse aliquis adduci possit, ut putet ab ipso quoque Lucilio eiusmodi carmina leviora aliquoties fuisse composita: sed neutiquam inde sequitur, etiam librum decimum saturarum schedium aliquod choliambicum antecessisse. Alia enim eius poetae ratio est, qui primus ad poesin aggreditur, alia eius, qui multa ante carmina composuit. Quamvis igitur initio libri Lucilius et ipse de se detraxerit, tamen eum choliambis haec expressisse non putaverim. Quid quod scholiastae illi choliambos ne respexisse quidem videntur? Inest enim in ipsius Satirae initio sententiae, quam illi notarunt, significatio, ita ut non necessarium esse videatur ad choliambos illos confugere. Sed Lucilium de Accii et de Ennii versibus in decima satira egisse etiam scholiasta Horatianus ad S. I. 10. testatur. Sed in fragmentis, quae nunc exstant, nil tale inveneris, quare ex incertis III—V. de Albutio et Mucio VIII. de Africano, CLXIX de Crasso, CLXXIX de Granio et illud ex Iuvenale:

.... Cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat Mutius an non?

ex hac satira sumpta esse statuerunt. Sed Van Heusdius coniicit, hac in Satira ipsius Lucilii vitam fuisse enarratam, quia Persii Scholiasta auctore Lucilius vitam suam scripsisse et non sibi pepercisse dicatur. Cuius quidem sententiae vim ipse imminuit, quod poetam et in hoc et in aliis libris saepissime de sua vita egisse concedit, id quod scholiasta et ipse significat, „Ita fit ut Lucilii vita tam sit clara per libros, quasi in tabula ostenderetur," quod iam Horatius satis declaraverat S. II. 1. 30 sqq. Sed magis etiam mirandum, quod ut aliquam argumenti diversitatem inter librum nonum et decimum esse doceret, poetam in IX. libro praecipue imperitiam librariorum i. e. eorum qui poetarum libros descripserint, refutasse et veram scripturam constituisse, nec nisi oblata occasione poetas petivisse, in X. libro in obtrectandis ipsorum poetarum carminibus versatum esse dixerit. Quae omnia ut incertissima ita non digna sunt, in quibus refellendis operam perdideris.

De varietate lectionis haec monenda esse videntur. Falso Corpet *Crassi* pro *Crassis et sicut describimus* emendat: ratus, de eloquentia Crassi, Scaevolae generi, agi; et similitudinem quandam cum iis sibi invenisse visus est, quae in Ciceronis Bruto leguntur c. XXXVIII—XLIV. Sed ego statuo Crassos intelligi, omnibus honoribus cumulatos; poetam autem suum interponere iudicium; non enim omnia omnium bona sibi optare, sed ab alio alia esse sumpturum. fr. II. lectio Codd. erat retinenda; ut enim *rorarius veles* Latine recte dicitur, ita, cum duobus locis *rorarius veles* scriptum sit, ap. Non. p. 580 a. altero loco *velox* corrigere, altero *veles* retinere parum convenit. Etiam fr. IV. *consellas* retineri potuit, nihil enim habet hoc vocabulum, in quo offendas. fr. VI. Corpet coniecturam Dusae recepit : *languor ei obrepsitque* sed rectius lectio Codicum retinetur *languor oppressitque pigror* etc. *et* sive *ei* omisso. fr. VII. *nae quem in,* quod Dusa e codice restituit, non necessarium, quod interiectio cum sequenti *in* non coalescit.

fr. VIII. quod Mercerus coniectura Lucilio restituit, cum propter libri decimi notam, tum propter verborum iuncturam et sententiam huic auctori tribuendum esse videtur.

Librum XI. Schoenbeck in memoriam belli Iberici compositum esse censet, quod non modo res militares tangantur, sed etiam iuvenes nobiles, et male morati, qui stipendia eo bello fecerint, acriter perstringantur. Quibuscum fere consentiunt, quae Peterman de hoc libro notavit. Sed Corpet primarium huius libri finem esse vidit, ut Scipionis Africani mores et inprimis severa disciplina, quam bello Numantino restituit, ab obtrectatorum reprehensionibus defenderentur. Quae omnia prope quidem ad veritatem accedere videntur, sed quae reliqua sunt fragmenta nequaquam ita sunt comparata, ut firmiora argumenta inde peti possint. Iam hoc quidem satis manifestum est, neque (fr. I. III.) Opimii patris, neque Lucii Cottae senis commemorationem ad bellum Numantinum referri posse, quippe qui multis annis ante vixerint. Sed non negaverim patres commemorari potuisse, ut filiorum mores inde spectarentur. Plebeii autem hominis, Caii Cassii Cefalonis, notatio quid ad argumentum illustrandum facere potuit, nisi forte eius rei mentionem iniecit, ut iudicem Tullium iniustitiae accusaret? Ad bellum Numantinum spectare videntur fr. IV. et IX. Etiam quae in fragmento VII. memorantur, fortasse eodem referre licet. Teste enim Cicerone Attalus rex magnificentissima dona P. Africano usque ad Numantiam misit ex Asia, quae Africanus inspectante exercitu accepit cfr. pro Dei. 7. Nomen *Datis* sane etiam tum difficile ad explicandum est, sed dixeris nomen solemne fuisse. Sed non tantum huic coniecturae tribuo, ut non multa alia, haud minus probabilia, dici posse concedam; quod si enim metrum conveniret, etiam lectio *ducis*, quod olim conieceram, ferri posset. Sed fr. V. VI. in rebus urbanis illustrandis locum habuisse putaverim, cumque priore octavum esse iungendum, quippe quod ad Censorum officia pertineat; sed a rebus bellicis

non alienum fr. XIII. quanquam etiam Aelii Tuberonis intempestivam parsimoniam his verbis aliquis notatam putet, id quod Duentzerus iudicavit. Aelium enim pelliculis haedinis praetura deiectum Cicero dicit pro Mur. XXXVI. 75. reliqua X. XI. XII. XIV. nihil habent, ex quo aut certae cuiusdam personae aut rei notatio coniici possit *). Neque alia eorum fragmentorum est ratio, quae ex libris XII. XIII. usque ad XXV. laudantur. Sunt enim admodum pauca et si quae nomina propria insunt, nihil inde ad totius libri argumentum explicandum colligi potest. Quodsi igitur interpretes nihilominus divinando et coniectando firmiora de horum librorum argumentis proponi posse sperarunt, hoc inde factum, quod paucis fragmentis plus tribuerunt, quam par est. Quo ex genere id est, quod de libri duodecimi argumento Schoenbeck habet: „de re scenica agere videtur, quod potissimum ex Diomedis verbis colligit Lib. III. p. 485. „alii a vino tragoediam dictam arbitrantur propterea, quod olim dictabatur *τρύξ*, a quo *τρύγητος* hodieque vindemia est, quia Liberalibus apud Atticos die festo Liberi patris vinum canteribus pro corollario dabatur, cuius rei testis est Lucilius

*) Corpet Dusam secutus huic libro adiunxit ex fr. inc. p. 100. fr. 179. quod ita scribit: *Non laudare hominem quemquam neque mu facere unquam* ubi *non* est in Codd. sed ille Varronem L. L. VII. §. 100. et Columnam ad Ennium p. 187. Ed. Hessel auctores laudat. praeterea fr. XXVI. lib. IX. in hunc locum transposuit et pro *cursavit* scribit: *crissabit;* quod Donatus ad Ter. Eun. III. 1. 34. hunc locum respexisse videatur. ibi enim haec leguntur: abdomen in corpore foeminarum, patiens iniuriae coitus, scortum dicitur, ideo quia scorta sunt coria dura. A parte ergo sui meretrices scorta dicuntur: vel *ἀπὸ του σαίρειν*, quod Graece palpitare dicitur, quod illae faciunt saltando assidue vel potius crissando, ut Lucilius ait 4. ob eam caussam ut concinniorem Venerem exhibeant viris: aut sibi abigant conceptum, quod in vulvam foeminae, in ipso coitu non se moventis, incidit." Sed primum admodum incertum est num pro Lucretius sit emendandum *Lucilius*; tum libri quarti nota adscripta est. Ceterum et *crissare* et *cursare* meretrices solent, tanquam frumentum clunibus vannant. supra VII. 10. *„ut frumentum vannere lumbis"* dictum erat, idem fr. XIII. *hic st tricosus* scribit.

in duodecimo." Eodem pertinere censet fr. I. haud dubie propter vocabulum *chorago*, cui in rebus scenicis locus erat; cfr. Plaut. Pers. I. 3. 78. Ornatum adduce lepide in peregrinum modum; sed πόθεν ornamenta? abs chorago sumito; dare debet; praebenda Aediles locaverunt." Sed hoc quidem loco *chorago* non proprie esse intelligendum iam hoc est argumento, quod *quaestore* additum est; quaestoribus enim ludorum scenicorum nulla cura est, et etiamsi aliquando loco praetorum vel aedilium ludos curabant, non potuit hoc in vulgaribus eorum officiis poni.

Libro XIII. idem (Sch. accedit P.) poetam in sumptum et luxuriam conviviorum invectum esse censet; quinque enim fragmenta III. V. IX. X. XI. culinam redolere videntur. fortasse eodem spectat sextum. nonnulla tam in universum dicta, ut ad omnia trahi possint *).

In lib. XIV. poeta (Sch. auctore), vitam laudat quietam et tranquillam; sed Duentzerus de ambitione inscribit. quae non tam sunt opposita, quam aliquis existimet; vitae enim otiosae et rusticae frugalitatem opponit hominum ambitiosorum vanitati atque arrogantiae. Ad honesti igitur otii et frugalitatis commendationem pertinent fr. II. IV. V. XII. XV. XVI. et fr. I. si quis emendet vs. 1. *viscere vivo*. Contra vitae ambitiosae miserias attingunt III. VI. VIII. fortasse etiam VII. reliqua magis etiam obscura. Ceterum fr. IV. Corp. de lusu aleatorio explicat, qui *duodecim scripta* appellabatur; cuius P. Mutius Scaevola peritissimus fuisse traditur. cfr. Cic. de Or. I. c. 50. Val. Max. VIII. 8. 2. Quinct. XI. 2. Burmann. Anthol. Vett. poett. Lib. III. Ep. 77. sed quaerat aliquis, quae similitudo inter naumachiam et alveolum intercedat, nisi P. Mutium utriusque rei studiosissimum fuisse statuimus; quare alius *alveolus* proprio sensu accepit, et *calces* lineas albas in stadio intellexit; poeta enim hominem rusticum adpellat, qui in vita

*) Corpet fr. VIII—XI. sequenti libro non adscripsit.

rustica nescio quam rem, cum naumachia aliisque ludis bene comparare possit, neque tamen vitae felicitatem hac re augeat. fr. VII. in quo multi offenderunt, iam ita emendo:

.... nam vetus ille Cato lacesisse
Adpellare, sibi quod conscius non erat ipse.

Ita ut *lacesisse* una *s* scriptum sit. etsi enim alia ut *capesso* et *facesso* duplicem *s* habeant, tamen *acerso* et *quaeso* una *s* scribuntur; certe hoc Lucilio licuisse putaverim, quae scriptura probabilior etiam, si a *lacero* derivatur. cfr. Charis. 3. p. 227. Diomed. I. p. 375.

Libri XV. fragmenta varia atque diversa sunt, ita ut ne unus quidem interpretum accuratius definire ausus sit, quid potissimum poeta hoc in carmine spectaverit, nisi quod Duentzero placuit, poetam veram animi tranquillitatem contra Stoicorum praecepta defendisse. Et sapientis quidem uno loco fit mentio, fr. VI. ubi plura, quae in vita cotidiana usui esse solent, multo pluris esse putantur, quam sapientes. Sed hoc plebeii hominis vel mulieris iudicium est. Mulieris quidem mores etiam fr. V. describi videntur, quae domi quidem, nemine praeter maritum praesente, simplicitatis est amantissima, sed alienis se ornat comitque. Inest praeterea de Homericis miraculis iudicium fr. I. boni equi laus, feneratoris descriptio militis, qui in Hispania militavit, commemoratio, parsimoniae commendatio, alia magis etiam disiuncta; quae omnia quomodo ad unum aliquod argumentum referri possint, est obscurissimum.

De libro XVI. duo sunt Grammaticorum testimonia, quorum alterum Schol. ad Hor. Carm. I. 20. hunc librum *Collyram* inscriptum fuisse testatur, quod nomen amicae Lucilii fuerit, alterum duplicis genii, qui hominibus propositus fuerit, hoc in libro Lucilium meminisse comprobat. Accedit fragmentum V. quod innuere videtur, Horatium in L. I. Ep. 14. Lucilium auctorem esse secutum. cfr. Priscian. III. 1. 8. „*Lucilius in XVI. ad Fundium.*"

Quae omnia inter se sunt diversissima. Sed ex fragmentis ipsis ne unum quidem facit ad argumentum, quod supra memoratum est, illustrandum. Sane ad villici personam retulerim fr. I. VI—IX. videtur enim poeta sermonem cum illo homine instituisse et de recto usu divitiarnm egisse. unum fortasse fr. X. ad Collyram pertinet, quam aliquis putet pistricem illam validam fuisse, mamphulas quae scierit omnis.

In lib. XVII. „poeta de Stoicorum praeceptis egit, qui quemquam aliquid proprium habere negabant. cfr. Terent. Andria IV. 3. 1. *Nihilne esse proprium cuiquam.* irridet ergo Commenta poetarum, qui figuras mythologicas (Ledam, Alcmenam etc.) summis exornaverint virtutibus. Hic fortasse poetas, viros clarissimos et feminas nobilissimas, ab epici carminis scriptoribus celebratas, percensuit, unde argumenta peteret ad refutandam poetarum opinionem et ad confirmanda ea, quae ipse de virtute sensit." Haec Sch. Sed mihi quidem locus de mulieribus ita videtur esse intelligendus, ut aliquem celebratissimas illas temporis heroici mulieres ad stuprum compelli potuisse negantem induxerit, quod contra se habere poeta iudicat. Fuisse enim illas mulieres pulcherrimas et omni corporis vitio caruisse easdemque cum Iove stuprum fecisse. In universum igitur poeta de laudibus illarum detraxerat et ipsam Penelopen irrisit fr. IV. Caeterum si recte interpretantur fragmentum III., etiam masculae libidinis mentio facta fuerat, et si lectionem fr. VI. recte constitui, eos quoque homines reprehendit poeta, qui lucri studio carmina componunt. cum fr. XII. cfr. Virg. Aen. V. 420. Et magnos membrorum artus magna ossa lacertosque | Exuit.

Lib. XVIII. P. „de avaris et stultis hominibus scriptus est hic liber." Equidem puto Horatio in componenda satira prima libri primi ante oculos versatum esse hunc Lucilii librum, cum inter nonnullos versus utriusque carminis magna sit similitudo :

Milia ducentum frumenti tolle medimnum
Vini mille cadum. cfr. Hor. Sat. I. 1. 45.
Milia frumenti tua triverit area centum —
Et..... aeque fruniscor ego ac tu. cfr. Hor. S. I. 1. 47.

Non tuus hoc capiet venter plus quam meus. D. autem hunc librum in avaritiam cuiusdam gentis scriptum esse statuit, apud quam vinum insuave nasceretur. Qua in re nil magis quam hominum doctorum audaciam mireris, qui ex paucis versibus, qui ex toto libro reliqui sunt, eiusdem argumentum invenire posse sibi visi sunt. Eademque satirae undevicesimae est ratio, cuius quae aetatem tulerunt fragmenta, tam diversa sunt, ut quo spectent, ne coniectura quidem assequi posse videaris. Nihilominus tamen Mercerus in Non. p. 749. sibi temperare non potuit, quin ex II. et III. fragmento colligeret, disputasse Lucilium de eo loco, de quo apud Ciceronem Themistocles, utèr sit praeferendus, virne, qui pecunia egeat, an pecunia, quae viro? Cic. Off II. 20. Sed ex secundo fragmento hoc satis apertum est, poetam iubere homines ess parare divitias, quibus adversis temporibus uti liceat; qua in admonitione fortasse exemplo formicae, ut Horatius Sat. I. 1. 33. usus est. Praeterea notatio inest Ennii, tragici poetae, cuius versum ob inanem verborum sonitum reprehendit; de quo cfr. Cic. Tusc. Disp. I. 44. 107. „Exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus; durum hoc sane; talis enim interitus non est sine gravi sensu: illa inania:

Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus,
Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et
Sanguine atro.

Non ipsa saxa magis sensu omni vacabant, quam ille *latere pendens,* cui se hic cruciatum censet optare. quae essent dura, si sentiret; nulla sine sensu sunt." Quod quidem Ciceronis iudicium ex nostro loco expressum esse duco. Ad scenicam poesin haud dubie pertinent etiam fragm. IX. et V. quorum in altero scenicae

poesis studium in universum reprehendit, quippe quod fabulae saepissime perversa histrionum pronuntiatione et actione corrumpantur. Et inprimis quidem Pacuvii Duloresten respexisse videtur cfr. Naecke Ind. Praelect. Bonn. 1823. p. 4. ap. Van Heusde Stud. Crit. p. 305. in altero fr. significatur, quam vim carmina in hominum animos exerceant. Sed etiam fr. VII. ad Ennii reprehensionem pertinere putaverim, quippe qui in Annal. XI. hoc vocabulo usus fuerat: *pendent peniculamenta, unum ad quemque pedem.* cfr. Non. p. 102 a. fragm. XII. iam propter metrum, iambicum enim octonarium puto, libro XXIX. adscribendum. Ceterum poetarum insaniam, qui scribunt, quae aut nemo intelligat aut quae histrionum perversitate corrumpantur, videtur eodem modo illustrasse ut Horatius Sat. I. 3. 106. *si scalpra et formas non sutor (emat.)* cfr. fr. X.

In lib. XX. Lucilium et de superstitione plebis et de luxuria conviviorum egisse vel ex paucis, quae supersunt, fragmentis colligere licet: Et superstitionis quidem osores multi exstitere, ex quo Ennius Euhemerum Latine verterat, unde vulgatum illud Catonis dictum explicandum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret aruspex aruspicem cum vidisset. Cic. de Div. II. 24. 51. In fr. III. et IV. haud dubie expressa oratio est hominis gulosi atque helluonis, qui a simplicitate et frugalitate antiqua abhorruit. fr. V. eiusdem hominis iras immodicas describit, qui nequitiam legibus coercitam esse aegerrime tulit. Etiam fr. VI. VII. IX. ad luxuriam epularum illustrandam pertinent.

In libro XXII. fragmentorum metra variant. fr. II. Distichon est. fr. I. sunt trimetri Iambici; sed in reliquis metrum quoque dactylicum est.

Libri XXIV. nulla fragmenta exstant, neque libri XXV. nam quae adhuc eius libri numerata fuerunt, optimorum Codicum auctoritate rectius ad alios libros referuntur.

De libri XXVI. argumento iam supra exposui, ita ut pluribus

illa illustrare non opus esse videatur. Restat ut addam, quae alii de eodem iudicarint. Et Schoenbeck quidem atque Van Heusdius nihil plane animadverterunt. Peterman autem magnam argumenti varietatem hoc in libro inesse vidit. Primum enim Lucilium depinxisse videri aerumnas vitae coniugalis, nec non altercationem viri iurgantis cum uxore; sed de reliquis fragmentis difficile esse certi aliquid statuere: magnam enim sententiarum diversitatem in iis conspici, ita ut quomodo singula coniungenda sint, decernere non ausus sit. Sed Corpetius hanc satiram philosophicam esse existimat, in eaque miserias vitae humanae poetam deplorasse, ipsum coniugium reprehendisse et morte Agamemnoni a Clytemnestra illata sententiam illustrasse. Quae cum ad minimam fragmentorum partem pertineant, neque refelli neque argumentis confirmari possunt.

In tanta diversitate fragmentorum libri XXVII. Corpetius negat fieri posse, ut argumentum eius libri diligentius circumscribatur; hoc tamen satis certum esse statuit, poetam philosophos exagitasse. Praeterea Mercerus vidit, hoc quoque in libro inesse iurgium mariti cum uxore, quae quidem familia nobiliore et ditiore orta regimen domus atque familiae ad se pertinere statuerit. Quae quidem omnia, ut recte dicta putem, tamen ad totum librum explicandum parum faciunt, quia pauca tantum fragmenta complectuntur. Sed mihi quidem Lucilius hoc in libro suum ipsius studium, suos mores, totumque vivendi genus ab obtrectatorum invidia atque reprehensione defendisse videtur. Quam quidem rem ita instituit, ut se ipsum cum amico loquentem induceret, et singula, quae ei obiiciebantur, aut illustraret aut refelleret. Primum igitur poesis studium, cui deditus erat, accuratius describit, idque ad salutem publicam pertinere affirmat. fr. IV. XLIV. Quamvis enim multos reprehendat, et vitia illorum irrideat, tamen neque odio neque invidia ductum id se facere fr. VIII. XV. neque arrogantiae suae hoc tribuendum, quod multa vitia notarit, exagitarit, perstrinxerit,

non enim suum esse, re in secunda tollere animum et in mala demittere XXXIX. Quod enim ipse amicitiam et inimicitiam promptam in fronte gerat fr. II. dum alii summa cautione utantur, fr. IX. quod semper ab omni levitate alienus, id studuerit, ut virum fortem atque constantem se praebeat fr. I. cum denique nullius unquam delicti sibi gratiam fecerit, haud facile a se posse impetrare, ut importunitati aliorum malefacta concedat. fr. V. fr. XII. XVIII. Sed illorum hominum iniquitatem in eo maxime cerni, quod, quibus ipsi laborent vitiis, ea excusent atque defendant, sed si quae in aliis minus recta deprehenderint, ea et verbis augeant et vehementissime impugnent. fr. XXII. Magnum tamen esse discrimen inter minora delicta et inveterata vitia. fr. XIX. XXVII. cfr. Horat. S. I. 6. 65 sqq. „Atqui si vitiis mediocribus ac mea paucis mendosa est natura, alioquin recta; velut si egregio inspersos reprendas corpore naevos." Cum enim nil sit in viat perfectum, id esse praestantissimum, quod minimis vitiis laboret, et duorum malorum minus utique esse eligendum. fr. XI. XIII. Se enim ab omni invidia esse alienum fr. VIII. cum res humanas fluxas atque fragiles esse haud ignoret fr. XXIX. Praeterea se a pueris id studuisse, ut malis libidinibus abstineat, fr. XLI. quae et rem minuant et de bona existimatione detrahant. fr. VII. Sed tamen permisso venere usum esse fr. XVIII. XXI. XXVIII. Alios autem id maxime studere, ut vitia sua alios celent fr. III. et ut pietatem simulent fr. XVII. Praeterea impugnat ordinem, nescio quem, sed equestrem puto [recte enim Duentzerus: a malignitate publicanorum se defendit] fr. XII. C. Gracchum commemorat fr. XXV. de hominibus ambitiosis et lucri cupidis loquitur fr. XVI. XXIII. multa alia, quae omnia inter se conciliare et quam ad rem pertineant, constituere non ausim.

In libro XXVIII. sermonem durioris senis vel patrui de indulgentiore patre esse Van Heusdius statuit. Etsi autem fr. I. hanc in sententiam interpretari licet, longe plura tamen alio spectare

satis probabile est. Primum enim Lucilius hanc saturam scripsisse videtur, ab aliis impugnatus et ut a reprehensoribus sese defenderet. cfr. fr. IV. XXVIII. XXXV. A quonam hoc factum sit parum liquet; Lucilius autem ut illorum crimina refelleret, in universum de adolescentium moribus, qui tum erant, egisse videtur, fr. XXXVI. quorum varia studia enumerat, sed cum multa illorum irrisione, ita ut eius defensio non multum ab Horatiana discreparet, cfr. Horat. S. II. 1. 45. At ille:

> Qui me commorit — melius non tangere, clamo,
> Flebit et insignis tota cantabitur urbe;
> Cervius iratus leges minitatur et urnam,
> Canidia Albuti, quibus est inimica, venenum,
> Grande malum Turius, si quid se iudice certes:

Et primum quidem de patrum indulgentia agit, quorum perversa clementia ad vim virtutis frangendam pertineat. fr. I. Sed induxit poeta hominem omnia illa perversa studia enumerantem, quod Horatium in S. VII. libri secundi expressisse iudico; cui quidem homini iuvenes illi petulantes potestatem faciunt, omnia, quae in buccam veniunt, enuntiandi, dummodo verbera linguae animum tantum, non corpus saucient fr. II. Notat igitur ille avaritiam fr. V. commune nobilitatis malum, superbiam fr. VI. ambitionem fr. XII. XXXIV. luxuriam fr. XVIII. XXIV. Sed inprimis multus est in meretriciis amoribus exagitandis, ubi scenam quandam ex Caecilio enarrasse videtur XX. XXIII. XXVII. XLIV. XLVI. XLVII. XLIX. L. Sed alii animum ad causas agendas adiiciunt, qui et ipsi non id agunt, ut ius defendant, sed ius fasque vilia habent, dummodo lucrum faciant. fr. XI. XXXI. XXV. XXI. XLV. XIV. XV. quibus fragmentis significatur, et ab iis pecuniam extorqueri solitam, qui propter crimina aliqua iudicia timerent, et ab illis, quibus poenae erant redimendae, quas maligni calumniatores minitabantur. cf. fr. XXX. XXV. ubi causidicus loquens inducitur, qui operam suam vendit; qui autem aliter agunt, et sola innocentia

se tutos fore existimant, ii graves erroris poenas luunt, fr. XLI. Si qui animum ad philosophos applicant, ii non tam severitati morum student, quam Polemonem iuvenem imitantur, qui comissabundus, unguentis delibutus et corollis ornatus severi magistri scholam intravit; cuius gravi oratione castigatus plane diversam vitae rationem iniit. cfr. Horat. Serm. II. 3. 254 sqq. et Schol. ad h. l. et Lucil. Lib. XXVIII. fr. III. Sed Romani iuvenes, inculti et stolidi fr. XXXVII. XLIII. munditiis muliebribus operam dant, XXXVIII. XXXIX. philosophorum severitatem metuunt fr. XIX. et si forte philosophiae studium amplectuntur, Epicuri praecepta sequuntur, XLVIII. Aristippum iactitant, quem omnis vitae decuit color fr. VII. Sed nil agunt, qui eos admonent, semper enim ad eadem studia redeunt. fr. X. — Iam multa alia, quae insunt, neque ad id, quod supra posui argumentum, apte referri posse, neque satis aperta esse, ut quo spectent, intelligatur, libenter concedo; sed cum longe maxima pars libri deperdita sit, fieri non potest ut nexus sententiarum ita constituatur, ut omnes partes apte inter se cohaereant.

Libri undetricesimi argumentum difficilius etiam est ad constituendum. Tam varia enim huic libro insunt, tam dispersa et lacera fragmenta, ut in ipsa illa varietate proprietatem huius libri positam fuisse putaveris. Paulus Merula quidem statuit hoc in libro Lucilium de bello Hannibalico egisse, et multa fragmenta conglutinavit, quibus hanc sententiam probaret, sed pauci tantum versus hanc ad rem illustrandam faciunt. Potuit huius rei in digressione fieri mentio, ubi de corruptis iuvenum moribus egit, qui cum Hannibal Italiam bello peteret, non scortis et conviviis sed armis sese exercebant. Longe plurima enim fragmenta ad mores desidiosae et prodigae iuventutis declarandos pertinent. Inducitur enim senis persona, de iuvenum, qui tum erant, studiis et primum quidem de immodicis sumptibus conquerentis cfr. XXXVIII. *Dividant, differant, dissipent, distrahant* fr. XXX. XXXI. XXXII. Sed Cato

ille senex asse carum esse dicebat, quo non opus esset, cfr. XXXIV. *magno est, non magna mercede, magno quod conduxeris.* Sed, qui tum erant mores, iuvenes illi protervi dolo et fraude pecuniam quaerebant, variasque machinabantur machinas, ut alios emungerent fr. XXXV. XXXVII. Sed omnium illorum malorum fons erant effusae libidines et meretricii amores, quibus multi dediti erant; quibus irretiti iuvenes primum quidem meretricibus blandiuntur fr. II. XL. mox vim minantur XLVI. XLVII. Sed intromissi XLII. XLIII. et illarum illecebris deleniti, nihil illis negare audent, quod dono dignum est. LI. XIV. XVI. tum autem irae nascuntur, LVI. XXIV. quae amoris integratio est. XXVIII. XXXIX. XXXVI. XLV. Sed olim longe alii erant mores, ubi viri laboribus exercebantur, (hic locus erat belli Hannibalici commemorandi) mulieres lanae operam dabant LII. Sed non minus quam inertia atque luxuria homines antiquos male habebant iudicia, et eorum hominum studia, qui in foro se iactabant, ut verba dare caute possent. Nam et ipsi iudices gratia corrupti fr. I. X. et illi causidici nulli rei parcunt, dum aliis damna inferant. LIII. Sed morum illa perversitas, qua inducti homines prava faciunt, in ipsis quoque litteris cernitur; cuius rei specimen ex Pacuvii et Ennii, qui tum per omnium ora ferebantur, tragoediis petit, LXIII. LXXIII. ubi et Chrysidis mentio recte inferri potuit. LXVI. et de Graecorum reditu ab Ilio egisse videtur LVII. LVIII. Denique totam vitam quae tum erat, acriter perstrinxisse videtur. fr. LXXI. *Omnia alia, in quibus ecferimur, rebus, ne ego multis loquar.*

De libri tricesimi argumento ad fragm. VII. et VIII. haec adnotavit Mercerus: videtur altercatio fuisse viri et uxoris renuentis imperium viri. Sed quod facile unusquisque intelligat, haec tantum ad pauca fragmenta huius libri pertinet adnotatio. Sed Van Heusde ita statuit: ,,Lib. XXX. argumentum versatum magnam partem videtur in maritorum depingendis miseriis, qui uxorum illecebris ita capti tenerentur, ut sui iuris esse desinerent, qui

legibus coercerentur res suas separatas habere et mundum muliebrem et supellectilem domesticam affatim suppeditare, et terra marique vel cum capitis periculo rem facere. Porro fallacias, quibus femineum ingenium bene cautum maritum eluderet, repugnantiam hominum, quae belua multorum capitum videretur, rixas et iurgia, quae mutuam benevolentiam et concordiam coniugum tollerent, etiam adulterii flagitium expositum fuisse suspicamur." Quae quamvis fusius exposita sint, tamen ne sic quidem multa fragmenta ad illud argumentum pertinere putaverim; multo plurima enim alio spectare videntur. Mihi enim Lucilius in tricesimo libro, quem ultimum fuisse statuo, iterum ab omnium obtrectatorum, inimicorum, invidorum reprehensionibus se defendisse videtur, quod ut rite fieri posset, omnia erant repetenda, quae in prioribus libris disputaverat. Quare non mirum est, multa recurrere, quae iam antea absoluta esse videbantur. Primum igitur de suo scribendi studio agit, XXVI. quod multi laudibus celebrarint XXVII. alii reprehendant, quod multorum vitia notaverit; LXXXVIII. inprimis autem Gaio cuidam respondet, qui eum laeserat, XXVIII. XXXII. LI. LII. LV. qui suorum scriptorum minorem esse laudem aegre passus XXIX. ipse illa laudaverat XXXIX. Sed frustra; paucis enim de se loquentibus fides habetur XXXIII. Cui quidem maledico poetae ut respondeat, vix a se impetrare potuisse XXXI. XXXIV. XXX. acriter igitur eius curiositatem impugnat XLVII. XLVIII. iudiciis amicorum se defendit LIX. LXXXIII. LXXXIX. illius scelera enumerat LXVI. LXVIII. LXII. LVIII. et pellem ei detrahit, qua nitidus incedebat LX. LVI. LVII. neque eum divitias iuvare XX. neque, quos iactitet, labores XXIII. hac eum re maculas non elui XXIV. Ex fabula illa de aegroto leone II. III. IV. aliquis coniiciat, etiam de falsis amicis egisse poetam; qui cum dolo et fraude aliorum gratiam captaverint, postea locum eos invadendi quaerunt. Potuit haec fraudulenta amicitia in numero vitiorum poni, quae sibi exagitanda esse poeta existimavit.

Praeterea de rixis coniugum, quas cum tempestatibus in mari suscitatis contulisse videtur. cfr. fr. VII—X. videtur una questa esse de zelotypia mariti II. et de eius potationibus XXXVI. LXV. LXVII. ille contra de munditiis muliebribus, et de studio spectaculorum XVI. XIV. de fuga laboris XLI. et de falsiloquis illarum blanditiis XII. Sed matrimoniorum pestem esse statuit iuvenes illos adulteros, qui aliorum permolant uxores, fr. XIX. *imberbis*, *androgyni*, *barbati*, *moechocinaedi*. qui et blanditiis mulierum animos corrumpant L., et sumptibus eorum animos sibi conciliare studeant XLIX. et quamvis una abterave fidem servet, LXIX. tamen alias in amorem pelliciant LXX. cfr. LXXXIV. Sed etiamsi a nuptiis inquinatis derivata est clades, tamen eadem, et in patriam et in populum fluxit, ita ut status civitatis sit pessimus LXIV. LXXX. Praeterea inter homines gulosos et helmones saepius rixae oriuntur, ita, ut quocunque oculos verteris, ubique largam saturae scribendae materiem offendas. Hoc igitur modo poeta scribendi studium, cui incubuit, non modo excusari sed optimo cuique probari posse statuit, quippe qui non malevolentia et invidia ductus, versus scripserit, sed quod malum publicum et corruptos civitatis mores emendari posse negavit, nisi omnes, qui mali aut fures, moechi, sicarii aut alioquin famosi forent, summa libertate notarentur. Quare primores populi arripuit populumque tributim, scilicet uni aequus virtuti ac eius amicis. cfr. Serm. I. 4. 1. et II. 1. 68.

Quae quidem si probabiliter a nobis disputata sunt, facile est ad intelligendum cur non modo Scipio et Laelius, sed etiam, qui postea fuerunt, Cicero et Horatius Lucilio tantum tribuerint. Quod enim ille velut fidis arcana sodalibus olim credebat libris, neque si male cesserat unquam, decurrens alio, neque si bene; quod idem ausus est primus in hunc operis componere carmina morem, detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora cederet, introrsum turpis, eo factum est ut non modo vita senis omnis

votiva veluti descripta tabella pateret, sed ut tota reipublicae ratio, et mores illius aetatis in Lucilii saturis essent expressi, ita ut Romani effictos suos mores in illis personis expressamque imaginem vitae suae quotidianae viderent. Quodsi igitur tanta fuit Menandri laus apud Graecos, quod in fabellis vitam imitatus esse putabatur, quanto maiorem gratiam existimamus Lucilianorum carminum fuisse, qui et animi libertate, et beato ingenio, orationis festivitate atque salibus multo propius ad priscae comoediae poetas accesserit, quos eum secutum esse iure suo Horatius iudicavit? Inde factum est, ut multi eum non eiusdem modo operis auctoribus sed omnibus poetis praeferre non dubitarent. Quinct. Inst. Or. X. 1. 93.

§. 4. *Quae Lucilianae Saturae ratio fuerit exponitur.*

Iam cum et de Lucilii vita et moribus, et de personis Lucilianis, et de singulorum librorum argumentis satis sit expositum, via munita esse videtur ad graviorem illam quaestionem explicandam, quae tandem Lucilianae Saturae fuerit ratio, ut, cum et Pacuvius et Ennius Satiras conscripsisse dicantur, Horatius illum potissimum Satirae inventorem esse dixerit. Cuius quidem iudicii vis ut accuratius examinetur, totius poesis Romanae origo altius est repetenda. Quod enim Cicero contendit, sero a Romanis poetas vel cognitos vel receptos Tusc. Disp. I. 2. id fuerunt, qui ita interpretarentur, ut Romanorum ingenia a poesi omnino abhorruisse statuerent *).

*) Cfr. Lessing, Laokoon p. 73 sqq. Herder, Wirkung der Dichtkunst bei den Römern IX. p. 401—410. Ursachen des gesunkenen Geschmacks bei den verschiedenen Völkern VII. p. 27—37. Karlsr. Ausg. Jacobs Nachträge zu Sulzer I. p. 6 sqq. et IV. p. 332 sqq. Nuper Hegel, Leo passim et Bernhardy: über die Stellung der röm. Litteratur zur Gegenwart. Taschenbuch von Prutz, Jahrg. I. S. 363—498.

Neque eos movit, quod Cato in Originibus memoriae prodiderat, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus eaque carmina multis saeculis ante suam aetatem cantitata fuisse tradiderat, l. l. et Cic. Brut. XIX. 75. Ex eodem enim loco collegerunt, poetis honorem non fuisse, quod Cato Fulvio Nobiliori ut probrum obiecerit, quod poetas secum in provinciam duxerit. Accedunt multa alia, quibus philosophi nostri, qui dicuntur, efficere posse sibi visi sunt, Romanorum ut in re publica administranda et in populis regundis summam fuisse sapientiam, ita in poesis studio maximam socordiam. Quae perversa hominum doctorum iudicia pluribus refellere non huius est loci; vita enim communis et historia artium satis illa explosit; sed doctrina Graeciam et omni genere litterarum Romanos superasse, eo minus est dubitandum, quod ne ipse quidem Cicero hoc diffiteri ausus est. Res autem, de qua nunc agitur, haec est; quae antiquissimis temporibus Litterarum Latinarum fuerit ratio, ut quibus ex fontibus satura, quae dicitur, derivanda sit, ne ignoretur. Iam exstant de poesis initiis ipsorum poetarum luculentissima testimonia, quae nos errare non sinunt. Et gravissimum quidem Horatii est. Epist. II. 1. 159 sqq.

Agricolae prisci, fortes parvoque beati,
Condita post frumenta levantes tempore festo
Corpus et ipsum animum, spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum, pueris et coniuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus et vino genium, memorem brevis aevi;
Fescennina per hunc inventa licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit;
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter, donec iam saevus apertam
In rabiem coepit verti iocus, et per honestas
Ire domos impune minax. Doluere cruento

Dente lacessiti, fuit intactis quoque cura
Conditione super communi; quin etiam lex
Poenaque lata, malo quae nollet carmine quenquam
Describi; vertere modum, formidine fustis
Ad bene dicendum delectandumque redacti.

Accedit Virgilius Georgicon Lib. II. 385 sqq.

Nec non Ausonii, Troia gens missa, coloni
Versibus incomtis ludunt risuque soluto,
Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis,
Et te Bache vocant, per carmina laeta tibique
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Et Tibullus Eleg. II. 1. 55 sqq.

Agricola assiduo primum satiatus aratro
Cantavit certo rustica verba pede;
Et satur arenti primum est modulatus avena
Carmen, ut ornatos diceret ante deos.
Agricola et minio suffusus, Bacche, rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros.

Quibus quidem poetarum testimoniis cum ipsius Aristotelis accedat auctoritas Poet. c. 4., haud facile quisquam fidem deroget. Ex quibus hoc primum recte colligitur, omnis vitae cultioris initia ut apud ceteras gentes ita apud Romanos ab agricultura esse repetenda. Tum Horatio, Virgilio, Tibullo auctoribus iure nostro hoc affirmamus, ingeniorum igniculos priscis illis temporibus maxime deorum cultu et religionibus excitatos fuisse atque accensos; sed populi Latini studia natura ad scenicam poesin maxime inclinasse, cuius quidem rei vestigia et in personarum usu et in alternis versibus deprehendas. Carminis enim amoebaeae haec est ratio, ut ad diverbia fabularum viam muniat; chori autem propria sunt cantica. Quibus si accedit, ut in imitandorum carminum actu motus non a voce absoni sint, et partes histrionibus peragendae ad unum argumentum referantur, non ita multum desideraveris, ut

ludus in artem vertat. Sed versibus alternis contendere, ut etiamnum, ita priscis illis temporis moris in Italia fuisse videtur. cfr. Virg. Eclog. III. 58. Alternis dicetis; amant alterna Camenae. VII. 18. Alternis igitur contendere versibus ambo coepere; alternos Musae meminisse volebant. Theocr. VIII. 61; *ταῦτα μὲν ὧν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν*. Od. XXIV. 60. *Μοισάων δ' ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ*. Iam quos Horatius versus Fescenninos dicit, in iis certam quandam dicacitatem notat, quae versibus alternis atque inconditis iocularia funderet. Quae quidem poesis ratio quam usitata Romanis rusticis fuerit, ex multis scriptorum locis intelligitur. cfr. Hor. S. I. 5. 32; I. 7. 28. „Tum Praenestinus salso multoque fluenti Expressa arbusto regerit convicia, durus vindemiator et invictus, cui saepe viator cessisset magna compellans voce cuculum, At Graecus, postquam est Italo perfusus aceto" etc. cfr. Liv. VII. 2. 7. „Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis iaciebant." Eademque ratio fuit iocorum quos milites in triumphis iactitabant. cfr. Plin. H. N. XIX. 41. 3. „Divi Iulii carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere." cfr. Liv. IV. 53. Tantum igitur apud Romanos dicacitatis fuit studium, ut in ipsis laudibus imperatorum canendis risu iocisque solutis non abstinerent, ita ut triumphantes, cum ad ipsos deos evecti esse sibi viderentur, acerbitate obiurgationis fragilitatis humanarum rerum admonerentur. Quod quidem tam inveteratum fuit Romanorum moribus, ut eius rei in tabb. XII. mentio facta sit. cfr. Hor. S. II. 1. 82. „Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est iudiciumque." Cic. Disp. Tusc. IV. 2. 4. „Quanquam id quidem etiam XII. tabulae declarant, condi iam tum solitum esse carmen; quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt." Cic. de Rep. IV. p. 291. Ed. Mai. XII tabb. „cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis occentavisset sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri."

Habes igitur in antiquissimis illis poesis Romanae primordiis tria genera, scenicum, lyricum, epicum, tam arcte inter se iuncta, ut divelli non posse viderentur. Sed scenicam poesin iuventus Romana maxime ludis illis excoluit, quos, ludiones ex Etruria accitos imitantes, in gratiam spectatorum edebant, ,,qui non sicut ante, Fescennino versui similem, incompositum temere ac rudem alternis iaciebant, sed impletas modis saturas, descripto iam ad tibicinem cantu motuque congruenti peragebant." Epicae poesis elementa in laudibus magnorum virorum invenias, quos ut supra memoratum est, in epulis ad tibicinem a convivis celebrari solitos esse Cato in Originibus memoriae prodiderat. Quanquam hoc genus ne a lyrica quidem poesi longe remotum fuisse dixeris, quia ad tibicinem canebatur; quibus carmina simillima fuisse puto, quae Graeci recentiores, fortium virorum praeclara facta celebrantes, cecinerunt. Sed eadêm fere carminum ratio fuisse videtur, quae in deorum honorem canebantur, quippe in quibus illorum maiestas laudibus efferretur, vota nuncuparentur, preces funderentur, facta deorum celebrarentur. Sed severioris poesis studio nihil magis officisse videtur, quam scurrilis ille lepos atque vernacula festivitas vel potius mordacitas atque maledicentia, quam ut in moribus populi liberi positam esse, ita ad poetarum ingenia opprimenda plurimum valuisse puto.

Cum enim adhuc multi fuissent, qui tantam illam litterarum laudem, qua Graeci claruerunt, inprimis a libertatis studio repeterent, fide tamen rerum hoc solum confirmatum est, et apud Graecos et apud Romanos principes et optimates atque tyrannos, qui dicuntur, litterarum et doctrinae studia excitavisse, provocasse, promovisse. Neque solum Pisistratidae, Hiero, Pericles in omnium ore versantur, sed Scipionum, Laeliorum, Gracchorum non minor laus fuit. Neque fieri potest, ut homines, qui in fluctibus concionum versantur, qui domesticiis discordiis distrahuntur, quorum omnia in eo occupata sunt studia, ut aut aequitatem iuris

obtineant, aut aliorum iniurias defendant, otio fruantur atque secessu, quod omnes poetae summo studio amplectuntur. Ne tamen magis contentionis quam veritatis studio hoc dictum esse videatur, totam rem in medio relinquamus, atque hoc solum teneamus, Romanorum animos cum stomachoso illo acuminis genere acerbisque facetiis per longum temporis spatium a diligentiore poesis studio fuisse avocatos, tum illiberali illa animorum intentione, qua adducti artium et litterarum studia fere utilitate metiebantur, cfr. Cic. Tusc. Disp. I. 2. 5. Hor. A. P. 325. „Romani pueri longis rationibus assem discunt in partes deducere..... An, haec animos aerugo et cura peculi cum semel imbuerit, speramus, carmina fingi posse linenda cedro et levi servanda cupresso?" Accessit laboris taedium in carminibus expoliendis, quippe quo ingenia non acui sed obrui statuebant. cfr. Hor. Epp. II. 1. 165. „Nam spirat tragicum satis et feliciter audet, sed turpem putat inscite metuitque lituram." Inde factum est ut per longum temporis spatium vestigia ruris manerent. Ad asperitatem rudis et inconditae poesis accomodatus fuit numerus Saturnius, qui dicitur, qui, quo longius a versuum dactylicorum arte, varietate et elegantia aberat, eo minus ad ora puerorum figuranda et ad poesis studium promovendum valuit. Cuius quidem metri ratio quae fuerit, docti homines certant et adhuc sub iudice lis est. Sed mihi quaerere libuit, unde versus illi Saturnii nomen traxerint? num inter versuum nomen et Saturas, antiquissima Romanorum carmina, arctius quoddam affinitatis vinculum intercederet, necne. Ac primum mirari subiit, quod omnes fere, Casauboni praecepta secuti, neque Graecae atque Latinae poesis satyricae ullam iuncturam admitterent, et eandem nominum originem esse negarent. Et nominis quidem originem quod attinet Paldamus (Ueber Ursprung und Begriff der Satire p. 1 sqq.) recte statuere videtur, nomen *σάτυρος* esse derivandum a verbo *ἄω* aeolice *σαω* i. e. satiare, vide Hesychius s. v. *Σαΐς* i. e. *κῶρος* et s. v. *Δεύαδες· οἱ σάτυροι παρὰ Ἰλλυρίοις*.

a verbo *δεύω* i. e. pleo. apud Macedones *Σαυάδες* sive *Σαῦδες*. Sed naturam Satyrorum quod attinet, illos heroibus contrarios esse statuit, quippe quorum non solum forma ex homine et feris mixta, sed etiam mores a feritate illa non abhorrent, quae fuit iis temporibus, „cum prorepserunt primis animalia terris, mutum et turpe pecus; glandem atque cubilia propter unguibus et pugnis, dein fustibus atque ita porro pugnabant armis, quae post fabricaverat usus, donec verba, quibus voces sensusque notarent nominaque invenere" etc. cfr. Hor. S. I. 3. 99 sqq. unde etiam *Δευκαλίδας* apud Hesychium Satiros adpellatos esse statuit. cfr. loca quae de Satyrorum origine agunt apud Casaub. de Satyrica poesi p. 52 sqq. Ed. Rambach. et inprimis Plut. de cap. ex host. util. p. 86. F. Sed eiusdem originis ut *σάτυροι* etiam *σατύραι* sunt, i. e. *σκάφαι βοτρύων παρὰ Λάκωσιν*, lanx satura apud Latinos. Latina enim vocabula, *seo*, *sevi*, *satum*, *satura* et *Saturnus* non tantum inter se esse coniuncta sed etiam cum Graeco *σάω* cohaerere luce clarius est. Unde fit, ut Latini Grammatici originem vocabuli *Saturae* saepius ad Graecos referant cfr. Diomed. p. 483. Ed. P. „Satyra dicta sive a Satyris, quod similiter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur, quae velut a Satyris proferantur et fiant; sive a satura lance, sive a quodam genere farciminis." Schol. ad Hor. S. I. 1. init. „Satira dicitur lancis genus, tractum a choro Liberi patris; ab ea autem lance, quae plena diversis frugibus in templum Cereris inferebatur, nomen accepisse plerique dicunt." Ioh. Lyd. de mens. p. 30. Ed. R. *σάτουρα τὸ κανοῦν ἐπὶ τῶν ἱερῶν*. Isidor. Origg. V. 16. „Satyra vero lex, quae de pluribus simul rebus eloquitur, dicta a copia rerum et quasi a saturitate, unde et satyras scribere est poëmata varia condere." Id. VII. 7. 8. „Satyrici autem dicuntur, sive quod pleni sunt omni facundia, sive a saturitate et copia. De pluribus enim rebus simul loquuntur: seu ab illa lance, quae diversis frugum vel pomorum generibus ad templa gentilium solebant deferri; aut a satyris nomen dictum,

qui inulta habent ea, quae per vinolentiam (ita haud dubie legendum, non *violentiam*) dicuntur. „De lance Satura Varro in secundo libro Plautinarum quaestionum haec: „Satura est uva passa et polenta et nuclei pini ex mulso conspersi. Ad haec alii addunt et de malo Punico grana: alii autem dictum putant a lege Satura, quae uno rogatu multa simul comprehendat, quod scilicet et satura carmina multa simul (poemata) comprehendantur" etc. cfr. Diomedes l. l. quocum conferendum Festi testimonium p. 314. Ed. OM. „Satura et cibi genus ex variis rebus conditum et lex multis aliis conferta legibus [et genus carminis ubi de multis rebus disputatur"] quae extrema Paulus fortasse de suo addidit. Sed inprimis Euanthius de Tragoedia et Comoedia p. LV. Ed. Lindenbroch. memoratu dignus esse videtur, quippe qui Graecae et Latinae tragoediae et comoediae historiam inter se coniungat neque inde satyricam poesin seiungat; cuius quidem verba haec sunt: „Etenim per priscos poetas non, ut nunc, penitus ficta argumenta, sed res gestae a civibus palam cum eorum saepe, qui gesserunt, nomine decantabantur. Ideo ipsa suo tempore moribus multum profuit civitatis, cum unusquisque caveret, culpa ne spectaculo caeteris esset et domestico probro. Sed ubi poetae abuti licentius stilo et passim ludere ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata, siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulae i. e. Satura, sumpsit exordium; quae a Satyris, quos illotos semper et petulantes deos scimus esse, vocitata est; etsi aliunde nomen traxisse prave putant alii. Haec, quae satyra dicitur, eiusmodi fuit, ut in ea, quamvis duro et veluti agresti ioco, de vitiis civium tamen sine ullo proprii nominis titulo carmen esset. Quod item genus comoediae multis obfuit poetis, cum in suspicionem potentibus poetae venissent, illorum facta descripsisse in peius ac deformasse genus stilo carminis. Quod primo Lucilius novo conscripsit modo, ut poesin inde faceret, i. e. unius carminis plures libros. Hoc igitur, quo supra diximus

modo, coacti omittere satyram, aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc est novam comoediam reperere poetae etc." Quibus ex locis hoc fit manifestum, ipsorum Grammaticorum iudicia de origine vocabuli fluctuasse et eos quidem, qui propiora spectarent, ad lancem saturam hoc carminum genus retulisse, qui altius eius originem repeterent, ab ipsis satyris nomen derivasse. Sed neutros certum aliquod secutos esse putaverim, quippe qui solam huius poesis naturam ex etymologia explanare studuerunt. Ab ipsis enim Graecis auctoribus hoc carminum genus esse profectum nulli statuisse videntur. Etsi enim L. Attius in annalibus suis, sive tragicus ille poeta, sive alius fuit, Saturnalia a simili festo Graeco, quae Cronia adpellabantur repetivit, cfr. Macrob. Saturn. I. c. 7. Diomedes tamen recte pag. 482: „Satyra est carmen apud Romanos, *non*.quidem apud Graecos, maledicum et ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere compositum, quale scripserunt Lucilius, Horatius et Persius; at olim carmen quod ex variis poematibus constabat, Satyra vocabatur, quale scripserunt Pacuvius et Attius." Nomen igitur, ut longe plurima vocabula Latina, Graecae originis fuit. Potuit etiam a Graecis esse institutum, ut lances Saturae i. e. variis frugum et pomorum generibus refertae, diis offerrentur; (et hanc quidem apud Latinos primariam huius vocabuli significationem puto;) sed ut translate et carmen ex variis poematibus mixtum et leges, quae multa uno rogatu comprehenderent, saturae dicerentur, id ab Latinis inventum esse puto. Etsi enim antiquissimi chori Bachici apud Graecos et ipsi licentia sermonis, dicteriis et conviciis animos spectatorum exhilarasse dicuntur, cfr. D. P. Fr. Kanngiesser: die alte komische Bühne in Athen p. 29 sqq. tamen hoc poesis genus partim a comoedia partim a dramate satyrico exceptum et fabulis intextum est (ipse enim Aristoteles poet. c. 4. comoediae et tragoediae initia αὐτοσχεδιάσματα esse indicavit), ita ut non proprium genus poesis inde exsisteret. Sed, quae populi Romani

erat simplicitas, multo diutius maiorum instituta retinuerunt, ita ut in festis Bacchi et Cereris antiquo ritu alternis versibus iisque inconditis acriter se perstringerent atque risum auditorum captarent; quae quidem carmina sive quod in sacris canebantur, ubi lances illae Saturae offerebantur, sive a similitudine rei, quia multa et varia comprehendebant, *saturae* nominabantur. Non enim ab Ennio hoc nomen esse inventum, quod novissimus Varronianae Satirae Menippeae editor statuit, p. 25. testimonio est locus Livii, qui saturas scenicas, quae dicuntur, iam ante Livium Andronicum usurpatas fuisse ostendit. Horatius quidem hoc nomine non usus est, sed Fescenninam locutionem commemorat, ipsius autem poesis naturam atque indolem eandem esse describit. cfr. Schol. ad Hor. Ep. II. 1. 145. „Fescenniana, iocularia carmina et probrosa dicta ab oppido Fescennino, unde processerunt, ut Atellana ab Atella dicta sunt." Hoc igitur statuendum esse videtur, Romanos, antequam Livius Andronicus, fabulas e Graeco in Latinum conversas ederet, nullum poesis genus ita excoluisse, ut quae carmina in deorum festis, aut in epulis canebantur, epicae vel lyricae vel scenicae poesi adscribi posse viderentur. Habebant enim ex omnibus aliquid admixtum, sed proxime accedebant ad scenicam. Et antiquissima quidem huius poesis monumenta versus Saturnios vel Fescenninos appellasse videntur, quippe in priore nomine nihil praeter antiquitatem spectantes, in altero lasciviam atque petulantiam. Ut enim apud Graecos *Κρόνια* in universum antiqua adpellabantur, ita apud Romanos Saturnia antiquissima quaeque nominata sunt. cfr. Pers. S. II. 59. Aurum vasa Numae Saturniaque impulit aera. cfr. Festus p. 325. Ed. OM. „Versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii adpellantur, quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est, et a multis aliis plura composita sunt." Serv. ad Virg. Georg. II. 385. „*versibus incomptis* i. e. carminibus Saturnio metro compositis, quod ad rhythmum solum vulgares componere consueverunt."

quod quidem Grammatici iudicium mihi propius ad veritatem accedere videtur, quam quae OM. Supplem. Adnot. ad Festum p. 396. statuit. ,,Ne autem Saturnii carminis lex violata esse videatur, semel annotabo, quibus saepe observatis passim in hoc libro usus sum, Saturnii versus formam neque ad eam normam adstringendam, quam proposuerunt antiqui Grammatici et recentiores, neque ita esse omnibus syllabarum quantitatis et positionis legibus solvendam, ut nuper censuerunt H. Duentzer et Laur. Lersch. in libro de versu quem vocant Saturnio. Quin imo forma ab antiqnis tradita:



plane iusta est: modo unum observaveris ac tenueris, supprimi posse theses omnes, excepta ultima, maxime penultimam." Hoc enim si conceditur, nescio an ex omni verborum serie versus conficias. Multo igitur probabilius esse videtur, antiquioros ad solum rhythmum Saturnios versus composuisse, seriores, Livium Andronicum et Naevium dico, legem, quam Grammatici iubent, observasse. Etsi igitur omnes Saturas Saturniis versibus compositas esse puto, tamen ipsorum versuum denominatio nil, neque ad Saturarum argumentum, neque ad formam pertinuit; sed utebantur poetae vel qui alternos versus iactitabant, uno versuum genere, quod tum usitatum fuit. Ut vero haec carmina propius ad ludos scenicos accederent, inprimis saltationibus videtur esse tribuendum, quibus carmina imitabantur, de quibus Dionysii Halicarnasensis luculentissimum testimonium est. Dion. Hal. VII. 72. *μετὰ τοὺς ἐνοπλίους χοροὺς οἱ τῶν Σατυριστῶν ἐπόμπευον χοροὶ, τὴν Ἑλληνικὴν εἰδοφοροῦντες σίκιννιν. σκευαὶ δ' αὐτοῖς ἦσαν τοῖς μὲν εἰς Σιληνοὺς εἰκασθεῖσι μαλλωτοὶ χιτῶνες, οὓς ἔνιοι χορταίους καλοῦσι, καὶ περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους, τοῖς δε εἰς Σατύρους περιτώματα καὶ δοραὶ τράγων καὶ ὀρθότριχες ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φόβαι, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. οὗτοι κατέσκωπτον*

τε καὶ κατεμιμοῦντο τὰς σπουδαίας κινήσεις ἐπὶ τὰ γελοιότερα μεταφέροντες. δηλοῦσι δ' αἱ τῶν θριάμβων εἴσοδοι παλαιὰν καὶ ἐπιχώριον οὖσαν Ῥωμαίοις τὴν κέρτομον καὶ σατυρικὴν παιδιάν. ἐφεῖται γὰρ τοῖς κατάγουσι τὰς νίκας ἰαμβίζειν τε καὶ κατασκώπτειν τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας αὐτοῖς στρατηλάταις, ὡς Ἀθήνησι τοῖς πομπευταῖς, τοῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πρότερον ἅμα σκώμμασι παροχουμένοις. νῦν δε ποιήματα ᾄδουσι αὐτοσχέδια. εἶδον δε καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων ταφαῖς ἅμα ταῖς ἄλλαις πομπαῖς προηγουμένους τῆς κλίνης τοὺς σατυριστὰς χοροὺς κινουμένους τὴν σικίννην ὄρχησιν μάλιστα δ' ἐν τοῖς τῶν εὐδαιμόνων κήδεσιν. ὅτι δε οὔτε Λιγύων οὔτ' Ὀμβρικῶν οὔτ' ἄλλων τινῶν βαρβάρων τῶν ἐν Ἰταλίᾳ κατοικούντων εὕρημα ἡ σατυρικὴ παιδιὰ καὶ ὄρχησις ἦν, ἀλλ' Ἑλλήνων, δέδοικα, μὴ καὶ ὀχληρὸς εἶναί τισι δόξω, λόγοις πλείοσι πιστοῦσθαι ὁμολογούμενον πρᾶγμα βουλόμενος." Qui quidem locus hanc ob rem maxime est memorabilis, quod Dionysius mimicas illas saltationes antiquitus apud Romanos institutas esse putat, easdemque a Graecis repetitas esse statuit; qui quidem non communis Grammaticorum error est, ut nuper Munkio de fabulis Atellanis p. 12. placuit, sed id confirmat, quod plurimorum hominum doctorum iudicium est, populum Latinum iam antiquitus Graecorum coloniis prae ceteris Italicis populis ad humanitatem quandam fuisse institutum. cfr. Dr. Reinh. Klotz: Handbuch der latein. Litteraturgesch. nach den Quellen bearbeitet. Th. I. p. 182 sqq. et quem ille laudat, Dionys. Halic. II. 2. ubi de variis populis expositum est, qui Albam Longam confluxerant. Neque quos Munk de Pomponio Bononiensi laudat Grammaticos aliud affirmant, quam certam quandam similitudinem Atellanis cum Graecorum dramate satyrico fuisse, cfr. Mar. Victorin p. 2527. Putsch. qui cum de Satyris locutus esset, hoc addit: quo spectatoris animus inter tristes res tragicas relaxetur, quod Horatius testatur; quod genus nostri in Atellanis habent." Imo Diomedes III. p. 487.

expressis verbis quid inter Latinam Atellanam et Graecam Satyricam intersit, animadvertit, quod in Satyrica fere Satyrorum personae inducantur, aut si quae sint ridiculae similes Satyris, Autolicus, Burris: in Atellana Oscae personae, ut Maccus." Sed maior etiam fuisse videtur inter veterem illam Saturam et drama satyricum similitudo; ut Dionysium non errasse putaverim, qui saltatores cum Silenis et Satyris comparaverit; dummodo inde non colligatur, illos a Cumis esse petitos cfr. Müller Etrusk. IV. 1—6. Ex omnibus igitur, quae adhuc disputavimus, id colligi posse videtur, veterem illam saturam, quamvis rudem atque inconditam, tamen a ludis scenicis non multum abfuisse; sed ad maiorem perfectionem non pervenisse, quod et risui iocoque soluto multum studebat et scurrilem dicacitatem nimis affectabat; Serv. ad Virg. Georg. II. 387. „necesse enim erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra et turpia fieri, quibus posset populo risus moveri." Sed nescio an magis etiam poesis studio offecerit sententiosum illud dictionis genus, quod salubribus praeceptis vitam instruere gaudet, sive rustica illa atque abnormis sapientia crassâque Minervâ, quae omnia ad vitae communis commoda atque utilitatem refert, animum altius evolare non sinit, semperque rerum humanarum fragilitatis admonet.

Cuius quidem tantum studium Romanis fuit, quippe apud quos non solum iurisconsulti quaerebant *cui bono?* ut non modo saturae, Atellanae et mimi ob haec praecepta potissimum celebrata sint, sed ipsius Senecae scripta eo inprimis tantum plausum tulisse videantur, quod eius oratio multis concisis sententiis cum brevitate, tum nimio acumine subobscuris fuit ornatissima. Ita factum est ut satura illa antiquissima, cum multum commendationis haberet propter scenicum apparatum, cum risu soluto atque iocis inconditis animos exhilararet, cum, quantum in tanta morum asperitate fieri potuit, de bonis rebus et malis, de vita et moribus disputaret et hominum commodis atque utilitati serviret, rusticis illis Romanis

quam maxime probaretur, nullamque praeterea poesis genus celebraretur. Sed ex quo tempore Livius Andronicus fabulas ex Graeco versas edidit, scenica, quae dicitur, satura, ut initio excitata atque magis exculta est, ita postea, cum et ars histrionum, et magis elaborata diverbia et ipsius fabulae argumentum, longius a prisca morum simplicitate recederent, a iuventute, quae antea impletas modis saturas descripto ad tibicinem cantu motuque congruenti peregisset, omissa, histrionibus fabellarum actu relicto; „ipsaque inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare coepit: unde exodia postea appellata consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt."

Ita rustica quidem illa dicacitas habuit, ubi exhiberetur, neque defuit scenica actio; sed quam saturae partem non minus gravem esse vidimus, de hominum vita et moribus, quam didacticam appellare licet, ea fere vacua erat relicta. Quae cum et veteri disciplinae morumque severitati, quae, quo magis labi coepit, eo magis laudabatur atque celebrabatur, inprimis conveniret, eam poetae amplexi sunt Ennius et Pacuvius, quippe quae a iocis inconditis et risu soluto alienissima et litteris mandari, et accuratius pertractari potuit. Imo certa quadam arte multisque litteris opus fuit, ut varia praecepta explicarentur, illustrarentur, apte inter se iungerentur. Sed in partium iunctura diutissime remanserunt antiqui vestigia ruris, quia poetae de apta dispositione et de partium connexiu incuriosi, plurimas sententias vitae communi utilissimas cumulasse satis habuerunt. Varietati argumenti responderunt varia versuum genera, quos Graecos imitatus Ennius inprimis excoluerat, ita ut versus trochaici, quos priscis illis cantilenis aptissimos fuisse homines docti statuerunt, cfr. Ed. Munk de fabulis Atellanis. Lipsiae 1840. p. 7. et qui ab illo laudantur Zell: Ferienschriften II. p. 150. et Grysar. de Comoedia Dorica p. 227. inprimis septenarii, et iambici tetrametri catalectici cum versibus dactylicis miscerentur. Sed Ennianae Satyrae ingenium

non in sola metrorum varietate esse positum, facile ex iis intelligitur, quae de eius argumentis traduntur. Neque est, quod ad Diomedis auctoritatem provocent, qui olim Saturam carmen fuisse dicit, quod ex variis poematibus constaret, quales scripserint Pacuvius et Ennius. Multo minus autem Quinctilianus hoc hominum doctorum iudicium confirmat, apud quem haec leguntur: „alterum illud etiam prius Satirae genus, sed non sola carminum varietate mixtum condidit Terentius Varro." cfr. Car. Frid. Hermann: de satirae Romanae auctore ex sententia Horatii Serm. I. 10. 66. p. 15 sqq. Quibus cum accedant Diomedis verba „Satyra carmina multa simul et poemata comprehenduntur," hoc per se manifestum est, non ioci causa varia metra a poetis mixta fuisse, sed quod ipsorum argumentorum varietatem mutato metro illustrari statuerunt. Etsi enim Satura Ennii a Graecorum fabulis longissime recessit, tamen certam quandam metrorum varietatem eo facilius retinuit, ut et nova inventa, et suam ipsius eruditionem mutatis metris celebraret et priscam illam Saturae farraginem variis versuum generibus melius exprimeret atque distingueret. Et ut saepius inter prima litterarum initia et ultima illarum monumenta mira quaedam intercedit similitudo, ita varietas illa metrorum redit in Petronii Satyricon libris, et in Ausonii epistulis, quorum librorum quamvis magna sit dissimilitudo, tamen quod varia versuum genera iungunt, antiquissimae saturae ingenium exprimunt. Nimirum Ennius auctore Scholiasta Cruquiano ad Horat. Serm. I. X. 46. in Auctar. p. 691. quatuor libros Satyrarum reliquit, de quorum argumentis etsi pauca memoriae prodita sunt, tamen vel ex iis magna argumenti diversitas fuisse intelligitur cfr. Quinctil. Inst. Or. IX. 2. 36; „sed formas quoque fingimus saepe, ut famam Virgilius; ut Voluptatem et Virtutem, quemadmodum a Xenophonte traditus Prodicus; ut Mortem ac Vitam, quas contendentes in Satira tradit Ennius." Accedunt singulorum librorum vel partium tituli, *Phagetica* sive *Hedyphagetica*,

Praecepta, *Protrepticus*, *Sota*, *Epicharmus*, qui passim a Grammaticis laudantur, cfr. Lersch Mus. Rhen. V. p. 430 sqq. Diar. Antiq. 1837. p. 1047. Ritter Diar. Antiq. 1840. p. 394. Iam Scipionis quoque laudes ab Ennio in Saturis scriptas fuisse vix est, quod dubites. Quod qui negarunt, eorum mentibus saturae notio, quae nunc perhibetur, tam alte inhaerescit, ut a satura omnia aliena putarent, quae non ad hominum mores perstringendos pertinerent. Quam definitionem quamvis falsam esse veterum Grammaticorum testimonia comprobent, tamen etiamsi illum admitteres, Scipionem in Satiris laudari non potuisse non evinceres. Mores enim hominum non magis malis castigandis quam bonis laudandis emendantur; potuit igitur Scipio exemplum virtutis et continentiae laudari, potuerunt aequalium mores cum illius comparari. Quanquam non negaverim in ipsis quoque Annalibus ab Ennio celebratum esse Scipionem. Sed cum aliis locis saepissime Annalium fiat mentio, Scipio titulum peculiaris alicuius libri significare videtur. Sed ad bellicas laudes spectare videtur locus apud Suidam, quod Ennius ipse solum Homerum dignum esse statuerat, qui Scipionis laudes caneret; cfr. Suidas S. v. *Ἔννιος Ῥωμαῖος ποιητὴς, ὅν Αἰλιανὸς ἐπαινεῖν ἄξιον φησίν. Σκιπίωνα γὰρ ᾄδων, καὶ ἐπὶ μέγα ἐξᾶραι τον ἄνδρὰ βουλόμενος, φησὶ μονὸν ἂν Ὅμηρον ἐπαναξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος.* quem locum Valerius Maximus VII. 30. respexisse videtur. „Vir Homerico quam rudi et incomposito Ennii praeconio dignior." Neque ipsius Horatii testimonium aliter interpretandum Carm. IV. 8.

Non celeres fugae
Reiectaeque retrorsum Hannibalis minae,
Non incendia Carthaginis impiae
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes quam Calabrae Pierides.

verbis utur (Lib. VII. c. 16.) lepide admodum et scite factis versibus coenarum ciborumque exquisitas delicias comprehendit. Nam pleraque id genus, quae helluones isti terra et mari conquirunt, exposuit inclusitque in numeros senarios." quo cum loco conferenda sunt verba Apuleii in Apologia sive de Magia Oratio Ed. Bip. V. II. p. 43. Ed. Hildebrand P. II. p. 527. „Q. Ennius *Hedypathica* sive *Hedypathetica*, quae versibus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quae scilicet curiose cognorat — alios etiam multis versibus decoravit, et ubi gentium quisque eorum inveniatur, ostendit; qualiter assus aut iussulentus optime sapiat, nec tamen ab eruditis reprehenditur," cfr. A. Gellius l. l. „Genera autem nominaque edulium et domicilia ciborum, omnibus aliis praestantia, quae profunda ingluvies vestigavit, quae Varro exprobrans exsecutus est etc."

Iam Sotae argumentum simile fuisse ex ipsa inscriptione colligi posse videtur; quod probabilius etiam fuit, si *Asotos* verus libri titulus fuit, cfr. Cic. de Fin. II. 8. 23. „Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant et qui de conviviis auferantur crudique postridie se rursus ingurgitent, qui solem, ut aiunt, nec occidentem unquam viderint nec orientem; qui consumptis patrimoniis egeant." Sotades autem ridicula admodum poemata scripsit inhonestis conspersa iocis, quae *φλύακας* vel *κιναιδογλώττους* appellavit, quae a puerorum lectione amovenda esse recte censet Quinctilianus Inst. Rhet. I. 14; Sive igitur Sotadis ingenium sive asotorum mores respicis, utrumque nomen satis idoneum fuit ad librorum argumentum, quod diximus, significandum. Sed ut in hoc libro Ennius luxuriam suae aetatis perstrinxerat, ita in Epicharmo philosophiam tractaverat; id quod et ex libri titulo et ex fragmentis intelligitur. Et plura quidem ad physicam spectant, quae fere eadem in Varronis libris est ratio, qui *Κοσμοτορύνη*, *Περὶ Ἐξαγωγῆς* et Eumenides inscripti erant. Sed non minor quam in argumentis eligendis pertractandisque

videtur fuisse similitudo in verborum usu; apud Varronem enim multa tam antiqua atque vetustate obsita occurrunt, ut eum saeculo ante vixisse statuas. Plautina et Enniana vocabula in fragmentis leguntur, quae, si Ciceronis elegantiam spectas, iam plane ab usu remota fuisse putaveris.

Cuius quidem generis pauca enumerasse satis erit. *tolutim, gabalum, rursus* et *prorsus* i. e. retrorsus et proversus, *genunt, caruncula, lacte, difficul, remivaga, derisissimus,* librum *edolare, conscribillo, fastidiliter, frigedo, discobinare, puerae, impancrare, amminiculare, caduciter, vinopocillum, caperata frons,* quaestus *trichinus, corius* pro corium, *gallare deam, tonimus, scholica dape, mulierare, ardifeta, excurio, eunucho, bubulcito, architecto, eviro, medioxime, commalaxare, olivitas, motus orbitus, tolutilis, scenatilis, flabilis, mutuiter, nervia* foem. et neutr. *pedatus* verborum *tardor, itiner, somurnae imagines, obstrigilator, autumnitas, depontare, casnares, tremipeda, aevitas, multicupedia, iuvenilitas, betere*" etc. Quibus cum facile duplex numerus verborum addi possit, facile inde intelligitur, quanta sit Varronianae orationis asperitas et quum parum ille ab exesae vetustatis robigine recesserit; quae quidem caries omnium fere antiquiorum scriptorum orationem occupavit. Sed Terentius Varro ut vetustum rigorem orationis retinuit, ita artem adeo illorum neglexit. Cum enim Ennius, et fortasse Pacuvius, satis habuissent varia metra atque poemata miscuisse, ut ipsorum carminum diversitas lancis Saturae copiosam abundantiam referret, Varro Menippum imitatus, pedestrem orationem immiscuit, ita ut huius libri farrago plane novum litterarum genus constitueret. Sed Enniana Satura etsi magis exculta atque expolita, tamen hac in re Varronianae simillima fuisse videtur, quod propius ad didacticum, quod dicitur, carmen accessit et pravos hominum mores magis in universum notavit, quod multa ex Graecis litteris hausit, quod, si Scipio pars Saturarum erat, non tam in irridendis hominum vitiis, quam in varietate

huius poesis proprietas posita fuit. Et quemadmodum titulos *Hedypathetica* et *Epicharmus* ad luxuriam et ad philosophorum perversitatem spectare vidimus, ita, quae aliae inscriptiones memorantur, *Praecepta* et *Protreptica* poetae consilium indicant, plane diversum ab ea poesi, quae nunc quidem Satyra dicitur. Qua quidem ex re intelligitur, cur Lucilius novae Saturae inventor dicitur. Qui quidem etsi praeclare eruditus Graecis litteris atque Latinis, tamen multo magis populi Romani ingenium et mores expressit, quippe qui *primores populi populumque tributim* arripuerit, pellemque detraxerit, qua quisque per ora incederet, introrsum turpis; ita ut Diomedes recte eius carmina archaeae comoediae charactere composita dixerit.

Sed quod supra vidimus, non modo mores suae aetatis in universum notavit, sed viros nobilissimos atque potentissimos non generatim sed nominatim perstrinxit, neque solum vitia eorum aperuit atque posteritati tradidit, sed ne sibi quidem ipsi pepercit. Recte igitur hoc novum poesis genus dixeris, quod nisi nomen cum Enniana illa satura, quae recte ad didacticum genus refertur, commune habuerit. Sed ad oris libertatem et ingenuam illam vitiorum obiurgationem accessit praeclara ingenii vis, mira orationis festivitas multumque salis atque aceti, quo perversos homines perfunderet. Nam et poetae natalium claritas et amicorum gratia atque auctoritas, sed inprimis temporum illorum licentia inimicos prohibuit, quo minus contumeliae dolorem graviore poena ulciscerentur. Neque partium studio, a quo liber omnino fuisse videtur, se retineri passus est, quin et optimatis et homines populares, si modo digni videbantur, libero ore notaret. Ne quis tamen hoc sibi persuadeat, illum in Saturis scribendis id unum egisse, ut aequalium perversitatem amicis vel populo deridendam propinaret. Etsi enim Quinctilianus eius libertatem, acerbitatem et abundandantiam salis commemorat, idemque multo sale urbem defricuisse et secuisse, et *acer* atque *violentus* fuisse dicitur; et Iuvenalis, ut

stili proprietatem significet, *Ense velut stricto,* inquit, *quotiens Lucilius ardens infremuit,* tamen idem comis, urbanus, facetus, emunctae naris, apprime linguae Latinae sciens, atque doctus audit, eiusque eruditio mira et venustas atque subtilitas laudatur, ita ut Varro eum gracilitatis exemplum esse statuerit. Sed eruditionis atque doctrinae gloriam minime ille quaesivit. Erant quidem in eo plurimae litterae, nec eae vulgares sed interiores quaedam atque reconditae, sed tamen carmina sua eorum potissimum hominum iudiciis probari voluit, qui neque doctissimi neque indoctissimi essent. Imo Persii, Scipionis et Rutilii iudicium reformidans, Tarentinis ait se et Consentinis et Siculis scribere. Quae ut cum quadam cavillatione dicta esse concedam, tamen in eam sententiam interpretanda sunt, ut ille populi quam litteratorum hominum auribus servire maluerit. Hinc illa negligentia et orationis vitia orta, quae Horatius notavit, qui incomposito currere pede illius versus iudicat, eundemque garrulum atque pigrum scribendi ferre laborem, saepius lutulentum fluere, Graeca Latinis miscere; sed quae illius fuit iudicii subtilitas, magis temporum quam ipsius poetae hanc culpam esse statuit. Eiusdem est generis, quod Lucilius saepius rescissis vocabulis versus composuit, et in verborum traiectione assiduus fuit.

Alii vitio illi dederunt, quod multa spurca versibus intexuit; sed ardentissimus animi dolor atque liberrima indignatio, quam foedae illius aetatis libidines et improborum hominum scelera moverunt, non admittunt eam orationis elegantiam atque verborum ambages, quibus urbani atque cultioris ingenii homines foeditatem vitiorum potius paucis attingere quam graviter incusare amant. Quin imo vel postea elegans ille Horatius, qui vafer circum pectora ludit, et altiores Persii spiritus et rhetorica Iuvenalis iracundia nunquam iis verbis abstinuere, quae molles et teretes nostratium hominum aures respuere solent. Abhorruerunt enim omnino et Graecae litterae et Latinae a putidis illis verborum deliciis,

quibus pusilla ingenia laudem quaerunt. Non humilibus quidem, parum verecundis, sordidis et turpibus verbis utebantur, sed propria, perspicua, significantia verba animi sensus melius aperire statuerunt quam obscura, dubia atque duplicia. Quae quidem reputantibus vix stomacho erunt verba inornata poetae, quippe qui ut mores ita sermonem populi in saturis expressit. Accessit multa, quae in illo erat, iucunditas, sententiarum lepores atque vernacula illa festivitas, quae non modo omnem tristitiam et morositatem pellunt, sed etiam legentium animos a nimia atque religiosa iudicii acerbitate avertunt.

Sed Lucilius cum hilaritate atque facetiis, tum eo inprimis gratiam populi meruit, quod nihil humani a se alienum ducens, veterem illam varietatem in saturis scribendis expressit. Quicquid igitur vel ad rem publicam et ad publicos civium mores, vel ad privatorum hominum laudem ignominamve, ad litterarum studia, ne multa, quaecunque ad totius populi vitam pertinuere, quaeque sibi ipsi bene maleve cesserant, ea omnia, „velut fidis arcana sodalibus olim credebat libris" ita ut lectores, tanquam in speculum, in vitas omnium civium inspicere atque ex aliis sibi sumere exemplum iuberet. Praeterea multus fuit in hominum litteratorum studiis recensendis; Accium irrisit, Ennii versus gravitate minores notavit, quemquam in oratorum numero habendum esse negavit, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus, multaque praecepta de artibus et disciplinis versibus inclusit. Sed et locorum situs, montes, fluvii, maria, tempestates in eius carminibus perscribebantur; inerant fabellae, acute et acerbe dicta, Granii inprimis praeconis, quo nemo illo tempore fuit dicacior, quippe qui ne principibns quidem viris parceret, omnesque sapore quodam vernaculo obrueret; accedebant narratiunculae e poetis excerptae, vel populi sermonibus celebratae, diverbia a tragoediis atque comoediis sumpta; ut paucis rem absolvam, tanta orationis gratia atque festivitas, tanta rerum varietas,

ut suo iure Cicero salsiores atque elegantiores quam Graecorum veteres atque urbanos sales fuisse iudicaret. Neque vero Lucilius, cum veteris Saturae indolem carminibus sibi exprimendam esse statuerit, non multa mutavit; sed veterem asperitatem mollivit, verrucosam loquendi sartaginem et sesquipedalia poetarum verba expulit, numeris decorem verbis iuncturam addidit et inprimis pro horrido illo Saturnio versu, dactylicum in Saturas induxit. Et hoc quidem metro solo in primis viginti libris et in tricesimo usus est, sed fragmenta libri vicesimi secundi, si quidem numeri librorum recte exscripti sunt, senarios iambicos, hexametrum dactylicum et metrum elegiacum exhibent. Contra liber XXVI. totus ex tetrametris trochaicis acatalecticis et catalecticis compositus esse videtur, nisi quod nonnulli septenarii et octonarii iambici insunt, si quidem libri numerus ubique recte a Grammaticis notatus est. Sed etiam in libro XXVII. versus trochaici, iambici et dactylici mixti esse videntur, cfr. fr. IV. XXV. Neque diversam libri XXXVIII. rationem esse putaverim, quippe in quo et ipso non modo versus trochaici et iambici sed etiam dactylici insunt. cfr. fr. V. XVII. XXXI. XXXII. XLVII. Sed trochaicorum longe maximus est numerus. Contra in libro undetricesimo maior iambicorum versuum numerus esse videtur, sed etiam Creticus inest XXXVIII. dactylici XIV. XV. XII. multique trochaei. Unde recte aliquis colligat in his quidem libris Lucilium ab Ennianae saturae forma non ita multum recessisse, quas et ipsas metrorum et carminum varietate mixtas fuisse Quinctiliano auctore homines docti recte statuerunt cfr. Quinct. Inst. Or. X. c. 1. 95. „alterum illud *et iam prius* Saturae genus, sed non *sola* carminum varietate mixtum, condidit M. Terentius Varro." Illa igitur metrorum et carminum varietas, in qua quidem fuerunt, qui Ennianae Saturae proprietatem positam esse censerent, quam et Diomedes et Quinctilianus a Luciliana seiunxerunt, nequaquam ad eam solam pertinuit, ita ut ipse Lucilius, ceteroquin toto coelo ab Ennio diversus,

eandem formam in nonnullis libris retinuerit. Erant haec potius veteris vestigia ruris, quae Saturae originis memoriam retinuerunt; olim enim varii illi versus ex tempore fundebantur, cuius moris haud dubie ipse Lucilius memor schedia illa memoravit, quae poetae non praeparati sed repentini recitabant; quae quidem *αὐτοσχεδιάσματα* Aristoteles recte antiquissimum genus poesis fuisse existimat cfr. supra p. LXX. Caeterum in dubium vocari vix potest, non maiorem metrorum et versuum quam ipsorum argumentorum fuisse varietatem; quae non plane quidam disiuncta et inter se dissimilia fuere, sed potius ad eandem rem illustrandam pertinuere; sed tamen certam quandam rerum et sensuum diversitatem ipsa orationis forma indicaverunt. Cuius quidem varietatis exemplum ex ipsius Ennii Scipione peti posse novissimus Varronianae Saturae editor statuit, nescius, quos pro Ennianis laudavit, esse ipsius Virgilii versus, ex Aeneidos libro sexto vs. 179—183; sed quod Virgilii nomen apud Macrobium Saturn. VI. 2. non fuit interpositum, librarii incuria credo, ille miram quandam versuum iuncturam finxit, ab Horatiana non dissimilem: „Humano capiti cervicem pictor equinam iungere si velit et varias inducere plumas; undique collatis membris, ut turpiter atrum desinat in piscem mulier formosa superne; spectatum admissi risum teneatis amici?" Nam uno eodemque loco in eodem argumento silentium noctis octonariis trochaicis, et lignorum et arborum eaedem versibus hexametris dactylicis illustratam fuisse, hoc egregium et memorabile Oehleri inventum est! Sed metrum in illo carmine variasse testimonio est alius versus quadratus, quem A. Gellius N. A. servavit:

Qui propter Hannibalis copias consederant.

Qua quidem versuum varietate cum alii adducti Scipionem ab Ennio in Saturis celebratum fuisse sibi persuasissent, idem ille peracutus homo animadvertit: „Egregie falsi sunt quidam, quum hanc metrorum carminis varietatem pro Satirae signo haberent et

Scipionem Saturarum partem fuisse divinarent; quod si verum ita fuisset, Gellius et Macrobius, qui laudant saepius Ennii saturas, profecto iuxta illas non etiam Scipionem eiusdem scriptoris laudatari fuissent, aut certe non neglecturi, eum librum ad Saturarum corpus pertinere." En alterum eruditionis specimen! Sed satis de Ennio. Lucilius autem etsi primus Saturam novo conscripsit modo quod et poesin inde fecit i. e. unius carminis plures libros et hexametrum in Saturam induxit [cfr. Ioann. Lydus de Magistratibus P. R. I. 41. p. 133. Ed. Benk. *Ρίνθωνα ὅς ἐξαμέτροις ἔγραψε πρῶτος κωμῳδίαν, ἐξ οὗ πρῶτος λαβὼν τὰς ἀφορμὰς Λουκίλιος ο Ῥωμαῖος ἡρωϊκοῖς ἔπεσιν ἐκωμῴδησε.*] quod primus in ea insignem laudem assecutus est; et inprimis, quod senatum populumque tributim arripuit, neque genus hominum in universum perstrinxisse satis habuit, sed nomina noxiorum vulgavit atque posteritati tradidit, quod tam acri omnes perfudit aceto, ut „quoties infremeret ardens, ruberet auditor cui frigida mens esset, tacitaque sudarent praecordia culpa," tamen a prisca illa Satura non plane recessit, sed in quinque certe libris varietatem metrorum et argumentorum expressit, qua Enniana Satura fuerat mixta, ita ut, quae Lucilii Saturarum dicitur fuisse praestantia, multo magis ab immortalis ingenii beatissima ubertate et ab animi bonis, quam ab externis rebus repetenda esse videatur. Quae quidem omnia qui accuratius non examinarunt, et qui philosophorum aculeatis irretiti conclusiunculis ex inflato illo et turgido dicendi genere sese expedire non possunt, haud facile inveniunt, quale de Satura Romana ferant iudicium. „Unus utrique error sed variis illudit partibus." Exstat C. L. Rothii de Saturae natura Commentatio, Norimbergae 1843, qui cum multa utilia de Satyrica poesi in universum disputasset, tamen neque quae Romanae, neque quae Lucilianae Saturae propria ratio fuerit, satis intellexisse videtur. Comparato enim Idyllico poesis genere cum Satyrico ita pergit: „Sunt vero poeseos tam Satyricae quam

idyllicae ut ceterarum rerum omnium initia et auctus et decrementa. Et initia quidem utriusque ita sunt comparata, ut vel medium quoddam carminum genus nascatur, quod, quum poeta nil aliud praeterquam res ipsas vitamque mortalium, quoquo modo se habentem repraesentet, nec idyllicum recte dixeris nec satiricum; vel satirica quaedam aut idyllica aliis poesis generibus intexuntur."

Quibus expositis ex Theocrito exempla laudat Idyll. IV. V. XXI. ex Lucilio lib. III. V. IX. XVI. additque: Nec secus Horatius in sermonibus habet carmina nonnulla, quae cur Satiris adnumeremus, ego me ignorare confiteor." Nimirum persuasit sibi homo ille doctissimus, Satiricam, quae dicitur, poesin utique ad irridenda hominum vitia et ad perstringendos perversorum hominum mores pertinere. Tum non intellexit se pugnantia loqui, quod cum medium illud poesis genus ab initiis repeteret, tamen ipsa Horatii carmina his adnumeravit. Scilicet vera Saturae Romanae notio non a recentiorum philosophorum cathedris sed ex diligentiore litterarum Latinarum studio repetenda est. Neque tam ad vitiorum irrisionem et ad severam morum censuram veterum illorum Latinorum animi erant intenti, quam risu iocoque soluto delectabantur, et inconditis versibus iocularia fundebant; quos postea imitati poetae facetiis, dicendi lepore, dicacitate, atque festivitate orationis gratiam legentium captabant. A quo studio cum libertas oris abesse non possit, quippe quae in ipsis civitatis liberae moribus posita esset, accessit libera illa perversitatis hominum castigitio, ex qua non tum utilitatis fructus quam humanissima et liberalissima delectatio peteretur.

Ne quis igitur Lucilianae orationis festivitatem ad didactici carminis normam exigat. Satura enim, ut supra memoratum est, ex Fescennina illa locutione originem traxit, quae versibus alternis opprobria rustica fudit; quibus cum saltatio et artis ludicrae ornamenta accessissent, inde certum quoddam ludi scenici genus

exortum est, quae impletae modis saturae apud Livium dicuntur. Sed cum Livius Andronicus primus Graecas docuisset fabulas, ludusque in artem vertisset, iuventus Romana, ne patrium ludicrum periret, iterum ad antiquum institutum rediit; quae quidem ridicula versibus intexta, postea exodia appellata et propter argumenti similitudinem conserta fabellis potissimum Atellanis sunt. Unde intelligitur et priscam illam Saturam et exodia ad scenicum poesis genus esse referenda et id tantum discriminis inesse, quod, qui versus illos ex tempore fundebant, non unum aliquod argumentum illustrabant, sed varietatem spectabant atque ridicula captabant. Ex quo genere Ennius et Pacuvius varietatem maxime sumpsisse vel potius retinuisse, sed et in argumentis et in orationis forma multo propius ad carmina didactica Graecorum accessisse videntur.

Quo quidem factum est, ut omnis illa vernacula festivitas expelleretur et totum hoc genus multo magis hominibus Graece doctis quam tunicato popello probaretur. Lucilius igitur ad exemplum iuventutis Romanae, quae patrium ludum ab histrionibus pollui non passa est, antiquam Saturam a Graeca eruditione et arte ad Italicum leporem revocavit, et, qui olim ex tempore versus fundebantur, eos primus litteris custodivit, ita ut et varietatem et extemporalem illam facultatem vel in carminibus exprimeret, quippe qui in hora saepe ducentos versus dictaret, stans pede in uno, et plurima et diversa in eodem libro complecteretur, saturasque ad fabularum argumenta componeret. Itaque non solum libertatem priscae comoediae expressit, sed etiam ex arte ludicra plurima orationis adiumenta hausit, ita ut ipse Horatius, illius vestigiis ingressus, saepius non ita multum a fabularum diverbiis recedat. Unde recte Venusinus poeta, cum Eupolin atque Cratinum Aristophanemque commemorasset, iudicat:

Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus,
Mutatis tantum pedibus numerisque facetus.

Non igitur novum Saturae genus Lucilius invenit, sed veterem Saturam primus litteris mandavit et reiecta Ennii eruditione et arte, a libertate animi, ab ingenii ubertate et ab Italica orationis festivitate exemplum petiit, et primus in eum operis composuit carmina morem, quem Horatius imitatus summam laudem adeptus est. Recte igitur Daniel Heinsius de Satira Horatiana: „Quare caute sunt legendi Flaccus et Quinctilianus, cum Lucilii inventum Saturam esse voluerunt — Non enim invenisse illud, quamvis sic loquuntur veteres, existimandus est."

§. 5. *De oratione Lucilii.*

Lucilii orationem explicantibus plurima obstant, quae accuratiorem eius rei interpretationem magis tentari quam absolvi posse ostendunt. Primum enim triginta librorum ne nongenta quidem fragmenta exstant, eaque omnia lacera, multa corrupta atque obscura. Accedit quod omnia illa loca eo consilio a Grammaticis laudata sunt, ut insolenter dicta aut minus usitata verba exemplo illustrent atque explicent. Unde factum est, ut simplex illa atque inaffectata orationis iucunditas, ex paucis, quae aetatem tulerunt, fragmentis multo minus possit intelligi, quam veterum Criticorum iudicia spem nobis fecerunt. Etsi enim fuerunt, qui Lucilium prae Horatio laudarent, adeoque illum omnibus poetis praeferre non dubitarent, tamen ne reprehensores quidem huic poetae defuerunt; et inprimis quidem Horatius ipse Lucilium fluere lutulentum, plura ferentem tollenda relinquendis, eundemque incomposito pede currere, garrulum et pigrum scribendi ferre laborem esse iudicavit; quod quidem iudicium etsi a Quinctiliano reiectum est, tamen vix adduci possum, ut putem, Horatium, quae eius iudicii fuerit subtilitas, immerito talem virum castigare voluisse. Cicero autem, qui in Lucilii libris imaginem antiquae et vernaculae festivitatis sibi invenisse visus est, tamen illum in verborum traiectione vitiosum

esse adnotavit. Alii poetam vituperarunt, quod versus disruperit vel potius versus nomine rescisso composuerit, cuius rei exemplum vide Lib. V. fr. I. Praeterea multa Graeca vocabula illum Latinis immiscuisse vel paucae, quae aetatem tulerunt, reliquiae luculenter comprobant. Nihilominus tamen a Gellio N. A. XVII. 5. vir apprime Latinae linguae sciens fuisse dicitur, et Varro genus orationis Lucilianum gracile dixit, cui subtilitas et venustas insit. Idem cum Pacuvium ubertatis et Terentium mediocritatis exempla esse dixerit, et in ubertate dignitatem atque amplitudinem inesse statuerit, et medium stilum et ubertatis et gravitatis participem esse voluerit, facile inde colligas, Varronem Lucilio plurimum tribuisse, eoque in genere dicendi illum excelluisse, quod postea et Horatii sermonibus et, inter scriptores orationis pedestris, inprimis a Cicerone in epistolis ad Familiares celebratum fuerit.

Quae quidem dicendi ratio non in argumenti ratione, non in sententiarum figuris atque luminibus, neque in peculiari quodam verborum usu, sed potius in tota orationis conformatione, in eiusdem colore atque, ut ita dicam, voltu perspicitur. Subtilis enim oratio neque nimis attollitur unquam, neque nimis submittitur, sed variatur quam maxime, quippe quae rebus, tempori et personis accomodatur. Nuda igitur est et velut incompta; saepe simplici et illaboratae similis, nec verbis vultuque nimia promittens, ut oratio Romana plane videatur, non civitate donata. Multo minus igitur florida, sublimis et mirabilis, quam vincta, concisa et arguta verborum cavillatrix est, quippe quae longe plurima non a fuco oratorio sed a poetae ingenio repetat. Haec autem subtilitas orationis Lucilianae vereor ut ex iis, quae exstant, fragmentis satis commode intelligi possit; quippe quam rem non tam fragmentorum paucitas quam illorum habitus et ratio impediunt, quae raro integram aliquam sententiam, nedum aptae et concinnae compositionis ordinem, iuncturam et numerum ostendunt. Quare nobis

in eo acquiescendum esse puto, ut, quae ad orationem et stilum et Grammaticam Lucilii, quam dicunt, illustrandam pertinent, colligantur et in quantum fieri potest, explicentur atque exponantur. Iam Grammatica quaedam a Lucilio tractata fuisse, ipsorum Grammaticorum testimonia comprobant, qui illum de orthographia et de litteris contra imperitiam librariorum disputasse tradiderunt. Qua de re Isidori, Terentiani Scauri, Velii Longi, Quinctiliani et Martiani Capellae atque Charisii loca, quae in adnotatione critica laudavimus, inspicienda sunt. Neque illum solum de litteris et de earum pronuntiatione, et de vera scriptura disputasse sed etiam usum verborum explicasse et varia soloecismon genera enumerasse, atque ratione haud multum dissimili ac postea Horatius in arte poetica, quae dicitur, de vario carminum genere exposuisse et de ipsis poetis iudicium fecisse et ex Arnobii loco adversus gentes II. c. 6. quem supra laudavimus cfr. Van Heusde Stud. Crit. p. 172 — 177. et ex ipsorum fragmentorum, quae servata sunt, argumentis, manifestum est. Et initium quidem fecit ab littera *a*, ut videtur, qua quidem in re plane ab Accii poetae iudicio dissensit, quippe qui longas syllabas geminatis vocalibus scribi voluit, cfr. Quinctil. I. 7. 14; „usque ad Attium et ultra porrectas syllabas geminis, ut dixi vocalibus scripserunt;" cfr. Mar. Victorin p. 2456; etiam Livium et Naevium addit Velius Longus p. 2210. „cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis nota posset ostendi, nam singulares vocales et produci et corripi possunt." ut recte Terent. Scaurus p. 2255 Ed. Putsch. Lucilius eandem scribendi rationem litterae *a* retineri voluit, sive syllaba longa, sive brevis esset, id quod verbis exposuit: *A primum longa brevi' syllaba"* quod ut propter metrum ferri posset, tamen structurae causa *ac* interponendum, et in priore versu *scribitur* vel tale quid excidisse, etiam *deinde,* quod legitur, ad priorem versum pertinuisse statuendum est. Quare totum hunc locum aliquis ita scribat:

videtur fuisse similitudo in verborum usu; apud Varronem enim multa tam antiqua atque vetustate obsita occurrunt, ut eum saeculo ante vixisse statuas. Plautina et Enniana vocabula in fragmentis leguntur, quae, si Ciceronis elegantiam spectas, iam plane ab usu remota fuisse putaveris.

Cuius quidem generis pauca enumerasse satis erit. *tolutim, gabalum, rursus* et *prorsus* i. e. retrorsus et proversus, *genunt, caruncula, lacte, difficul, remivaga, derisissimus*, librum *edolare, conscribillo, fastidiliter, frigedo, discobinare, puerae, impancrare, amminiculare, caduciter, vinopocillum, caperata frons*, quaestus *trichinus, corius* pro corium, *gallare deam, tonimus, scholica dape, mulierare, ardifeta, excurio, eunucho, bubulcito, architecto, eviro, medioxime, commalaxare, olivitas, motus orbitus, tolutilis, scenatilis, flabilis, mutuiter, nervia* foem. et neutr. *pedatus* verborum *tardor, itiner, somurnae imagines, obstrigilator, autumnitas, depontare, casnares, tremipeda, aevitas, multicupedia, iuvenilitas, betere*" etc. Quibus cum facile duplex numerus verborum addi possit, facile inde intelligitur, quanta sit Varronianae orationis asperitas et quum parum ille ab exesae vetustatis robigine recesserit; quae quidem caries omnium fere antiquiorum scriptorum orationem occupavit. Sed Terentius Varro ut vetustum rigorem orationis retinuit, ita artem adeo illorum neglexit. Cum enim Ennius, et fortasse Pacuvius, satis habuissent varia metra atque poemata miscuisse, ut ipsorum carminum diversitas lancis Saturae copiosam abundantiam referret, Varro Menippum imitatus, pedestrem orationem immiscuit, ita ut huius libri farrago plane novum litterarum genus constitueret. Sed Enniana Satura etsi magis exculta atque expolita, tamen hac in re Varronianae simillima fuisse videtur, quod propius ad didacticum, quod dicitur, carmen accessit et pravos hominum mores magis in universum notavit, quod multa ex Graecis litteris hausit, quod, si Scipio pars Saturarum erat, non tam in irridendis hominum vitiis, quam in varietate

est inducendo) geminata l." hanc enim Schneideri emendationem veram puto, cfr. l. l. p. 637. Quare fortasse rectius statuas Lucilium ut vocales geminari noluisse, ita consonantium assimilationem non solum admisisse, sed etiam magis probasse, quam si vis uniuscuiusque litterae exprimeretur. Praeterea hunc ad librum pertinere statuerunt fragmentum libri primi: „*Irritata canes, quam homo, quam planius dicit.*" Apud Donatum enim est: *Lucilius de littera r*" quae dicendi ratio cum prope accederet ad verba Velii Longi, quae supra legimus, „apud Lucilium in IX, in quo de litteris disputat" inde efficere posse sibi videbantur, haec ex eodem libro esse laudata; quod contra est; poterat enim hic versus laudari, ut homo iratus describeretur, vel ut litigiosi rabulae et latratores notarentur, imo sexcentae causae fingi possunt, cur *r* litterae mentio fieret. de *s* littera Lucilius nil proprii praecepisse videtur; unde factum esse iudico, ut veteres Grammatici, ubi de hac littera disputant, Lucilium auctorem non laudent. Caput de litteris haud dubie alterum de pronuntiatione et de recta scribendi ratione excepit; qua quidem in re constituenda Lucilii studium quam maxime versatum esse videtur; id quod inprimis ex eo colligi potest, quod tam accurate de scriptura litterae *i* exilis et plenae disputavit; imo ipsam *i*, ubi longa esset, varie scribi voluit, et, ut nominativus pluralis a genitivo singulari differentia quadam separaretur, viri ubi plures essent, *virei*, sed *viri virtus* scribi voluit; quod quidem iudicium et Nigidius Figulus et Varro secutus est. cfr. Aul. Gell. XII. 25. Et ille quidem etiam in scriptura dativi, Lucilio assensus, qui et ipsum dativum *mendacei*, *e* addita, scribi voluit, adeo *miei* in dativo scripsit, ut a genitivo *mei* separaretur. cfr. de P. Nigidii Figuli, studiis atque operibus scripsit Martinus Hertz Berol. 1845. p. 13. Sed Lucilius non solum in terminationibus, sed etiam in mediis vocabulis certam quandam soni diversitatem invenisse sibi visus est, ita ut *meiles* pro *miles*, et *pila*, qua ludimus, et *peila* quae iacimus, scriberet, quae omnia

ut non mediocre mentis acumen atque miras argutias indicant, ita, quam varia et multiplex Lucilii doctrina in satiris fuerit, comprobant. Ad praecepta de orthographia etiam spectat. fr. III. „Hoc non multum abest cacosyndeton atque canina | Si lingua dico, nihil *ar* me; nomen hoc illi est." Hoc enim loco de canina, littera agit poeta, quae quidem Martiano Capella auctore, corraditur, vel ut Marius Victorinus p. 2455. „vibratione vocis in palato, linguae fastigio fragorem tremulis ictibus reddit." unde recte Persius S. I. 109. „sonat hic de nare canina littera" de canum fremitu, quod Romani *hirrire*, Graeci *ἀρριζειν* vocabant cfr. I. Scalig. Coniectt. p. 126 sqq. Valck. animm. ad Ammon. p. 252. Accedit quod in antiquiore scribendi ratione praep. *ad* cum *ar* mutatum sit. cfr. Plaut. Truc. II. 2. 17. et Schneider de litteris I. p. 257 sqq. qua re fit manifestum, Lucilium hoc fragmento de littera *r* disputasse; quam Romani magis *ar*, quum ut nos, *er* pronuntiasse videntur, unde, quod supra memoratum est, Graecorum *ἀρράριζειν*. Satis est probabile Lucilium, postquam de litteris et de orthographia egerit, etiam declinationis et coniugationis leges percurrisse, vel ea certe notasse, quae in scriptorum usu minus sibi probabarentur. Ad hoc genus pertinent, quae ille de nominativo in *ei* et de genitivo in *i*, de dativo in *ei* desinente disputavit, praeterea dativus quartae declinationis in *u*, quintae in *e* correptus ex hac parte a Gellio laudati esse videntur. N. A. IV. 16. 6; IX. 14. 21. Sed ex illa dativi forma tertiae declinationis, quam *ei* terminatam esse voluit, fortasse explicandum est, quod aliquoties ablativus pro dativo positus esse videtur. cfr. III. 16. *Et spatium curando corpore honestum sumemus;* IV. 14. *Hi prae se portant ingentes munere pisces triginta numero:* unde probabile fit etiam fr. inc. 49. *esuriente leoni* recte esse coniectum. cfr. Gell. I. 24. *morte datus* et Schneid. II. p. 200 sqq. Ad coniugationem illustrandam pertinet fr. 11. *fervere ne longum, verum hoc lectoribus tradam."* ita enim versum emendandum esse puto, quocum

fr. X. iungendum est. Sed inprimis schemata lexeos quae dicuntur, i. e. varias verborum structuras atque rhetorum artificia illustrasse putandus est, quippe qui et centum genera soloecismon esse dixerit cfr. Pomp. de barbarismo p. 450. (ubi *Lucilius* pro *Lucio* emendandum esse, potuit Iahnium docere Isidorus Origg. I. XXXII. 5;) et omnia illa *ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα* ceteraque huiusmodi scitamenta, quam essent insubida inertia et puerilia, facetissime significaverit.' cfr. Gell. XVII. 6. 1. quod etsi libro quinto factum esse Gellius auctor est, tamen in IX. quoque eiusdem rei mentionem factam esse facile credideris cfr. fr. inc. 184. Passim enim vanam gloriolam eorum irriserat, qui apta verborum compositione et figurarum elegantia minutissimas sententias illustrari posse confidunt. cfr. fr. inc. IV. VII. Nec non de verborum significatione egit; cuius rei testimonium est fr. IX. Praeterea ut iudicia de poetis et eorum libris aut confirmaret aut excusaret, de variis carminum generibus, et de ipsa poetice egisse videtur, ut quantum illius aetatis pateretur eruditio, etiam haec ars Latinis litteris illustraretur.

Sed plane diversa sunt, quae quis ipse de rebus grammaticis, de orationis forma, de versibus et de poetis praeceperit, et quae in ipsis eius libris expressa est oratio et stilus; illa enim sunt iudicii et acuminis, haec est ingenii et poeticae facultatis et artis. Quare omissis Lucilii praeceptis et regulis de ipsis eius carminibus disputemus, et quas regulas in illis secutus sit, quam ad normam se ipse conformaverit, quantum in versibus faciendis sibi permiserit, accuratius disseramus, et primum quidem de prosodia et de metricis legibus, tum de ipsorum verborum compositione agamus.

Et primum quidem satis constat in Lucilianis versibus innumera exempla esse litterae *s* in finibus verborum omissae, si quidem breves syllabae *is* et *us* praecedunt; quod quidem Lucilio tam usitatum fuit, ut plerique scriptores, qui huius rei mentionem faciunt,

Lucilianos versus laudent. cfr. Cic. de opt. gen. Or. VI. 17. Or. 48. 161. Epist. ad Q. Fr. III. 4. 2. Quinctilian. IX. 4. 38. Quae quidem littera omitti potest, omissionis signo adposito, sicut in monumentis orationis pedestris a Schneidero Gr. L. I. p. 351. II. p. 142. laudatis; vel apostrophus, omissae litterae signum, ponitur; vel *s* littera exprimitur et lectoribus omittenda relinquitur; quod quidem maxime in usu scriptorum positum fuisse videtur. Ceterum *s* etiam in Graecis vocabulis in os desinentibus omisit cfr. Cic. de Or. III. 43. 171.

Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tu sis.

Sed quamvis apud vetustissimos *s* etiam in longis syllabis vim suam frequenter amisisse Priscianus auctor sit I. p. 557. P. p. 39. Kr. qui Virgilii versum laudat, Aen. XII. 709. Inter se coiisse viros et decernere ferro" ubi editores tantum non omnes contra Codd. *cernere* emendarunt; et Quinctilianus citetur, qui *duapondo, trepondo* recte dici confirmat, tamen etiamnum dubito, num Lucilius eiusmodi syllabae omissionem admiserit; nam quod Vargesius pro exemplo laudat, quod *ad incita* dictum sit pro *incitas* cfr. III. 30. id iam altero loco, ubi idem ocurrit XVII. 5. *ad incita adigit* refutatur, ubi propter sequentem vocalem haec omissio durissima et plane intoleranda foret.

Ceterum hoc per se manifestum est, litteram *s* in brevibus syllabis *is* et *us*, ubi consonans sequitur, et poni et omitti posse, ita ut poeta nulla lege obstrictus teneatur. Sed ex illa omissione synaloephe oritur: quo ex genere *spurcust, Metrophanest,* priores editores notarunt, quos necessarios non esse supra vidimus. Reliquam prosodiam quod attinet, eandem Lucilio fuisse licentiam quam Terentio statuo, nisi quod versus hexametros dactylicos severioribus legibus adstrictos esse constat quam senarios et iambicos et trochaicos, qui vulgarem usum loquendi et pronuntiationem sequuntur. Contra Lucilius eo multo maiorem libertatem sibi peperit, quod se Graecorum poetarum exemplis instrui voluit, a

idyllicae ut ceterarum rerum omnium initia et auctus et decrementa. Et initia quidem utriusque ita sunt comparata, ut vel medium quoddam carminum genus nascatur, quod, quum poeta nil aliud praeterquam res ipsas vitamque mortalium, quoquo modo se habentem repraesentet, nec idyllicum recte dixeris nec satiricum; vel satirica quaedam aut idyllica aliis poesis generibus intexuntur."

Quibus expositis ex Theocrito exempla laudat Idyll. IV. V. XXI. ex Lucilio lib. III. V. IX. XVI. additque: Nec secus Horatius in sermonibus habet carmina nonnulla, quae cur Satiris adnumeremus, ego me ignorare confiteor." Nimirum persuasit sibi homo ille doctissimus, Satiricam, quae dicitur, poesin utique ad irridenda hominum vitia et ad perstringendos perversorum hominum mores pertinere. Tum non intellexit se pugnantia loqui, quod cum medium illud poesis genus ab initiis repeteret, tamen ipsa Horatii carmina his adnumeravit. Scilicet vera Saturae Romanae notio non a recentiorum philosophorum cathedris sed ex diligentiore litterarum Latinarum studio repetenda est. Neque tam ad vitiorum irrisionem et ad severam morum censuram veterum illorum Latinorum animi erant intenti, quam risu iocoque soluto delectabantur, et inconditis versibus iocularia fundebant; quos postea imitati poetae facetiis, dicendi lepore, dicacitate, atque festivitate orationis gratiam legentium captabant. A quo studio cum libertas oris abesse non possit, quippe quae in ipsis civitatis liberae moribus posita esset, accessit libera illa perversitatis hominum castigitio, ex qua non tum utilitatis fructus quam humanissima et liberalissima delectatio peteretur.

Ne quis igitur Lucilianae orationis festivitatem ad didactici carminis normam exigat. Satura enim, ut supra memoratum est, ex Fescennina illa locutione originem traxit, quae versibus alternis opprobria rustica fudit; quibus cum saltatio et artis ludicrae ornamenta accessissent, inde certum quoddam ludi scenici genus

exortum est, quae impletae modis saturae apud Livium dicuntur. Sed cum Livius Andronicus primus Graecas docuisset fabulas, ludusque in artem vertisset, iuventus Romana, ne patrium ludicrum periret, iterum ad antiquum institutum rediit; quae quidem ridicula versibus intexta, postea exodia appellata et propter argumenti similitudinem conserta fabellis potissimum Atellanis sunt. Unde intelligitur et priscam illam Saturam et exodia ad scenicum poesis genus esse referenda et id tantum discriminis inesse, quod, qui versus illos ex tempore fundebant, non unum aliquod argumentum illustrabant, sed varietatem spectabant atque ridicula captabant. Ex quo genere Ennius et Pacuvius varietatem maxime sumpsisse vel potius retinuisse, sed et in argumentis et in orationis forma multo propius ad carmina didactica Graecorum accessisse videntur.

Quo quidem factum est, ut omnis illa vernacula festivitas expelleretur et totum hoc genus multo magis hominibus Graece doctis quam tunicato popello probaretur. Lucilius igitur ad exemplum iuventutis Romanae, quae patrium ludum ab histrionibus pollui non passa est, antiquam Saturam a Graeca eruditione et arte ad Italicum leporem revocavit, et, qui olim ex tempore versus fundebantur, eos primus litteris custodivit, ita ut et varietatem et extemporalem illam facultatem vel in carminibus exprimeret, quippe qui in hora saepe ducentos versus dictaret, stans pede in uno, et plurima et diversa in eodem libro complecteretur, saturasque ad fabularum argumenta componeret. Itaque non solum libertatem priscae comoediae expressit, sed etiam ex arte ludicra plurima orationis adiumenta hausit, ita ut ipse Horatius, illius vestigiis ingressus, saepius non ita multum a fabularum diverbiis recedat. Unde recte Venusinus poeta, cum Eupolin atque Cratinum Aristophanemque commemorasset, iudicat:

Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus,
Mutatis tantum pedibus numerisque facetus.

iambicis esse compositus videtur; sed passim leguntur trochaici et versus dactylici fr. XII. XIV. XV. adeoque Creticus fr. XXXVIII. Contra libro XXX. ex solis dactylicis versibus compositus fuisse videtur. Qua ex re facile intelligitur, quam lubricum sit in Lucilio iudicium; neque enim metrum pro certa norma potest haberi, quippe quod ipsum plurimis in locis incertum sit; neque sententiarum ea est ratio, ut inde nova adiumenta ad verba restituenda peti possint. Accedit, quod ipsorum auctorum non ea est diligentia atque religio, ut aut verborum ordinem aut ipsius poetae verba omnia integra retinuisse putandi sint. Quod igitur ab aliis et inprimis ab Hermanno saepius felicissime factum est, ut metricas leges secutus ex variantium lectionum farragine pristinum verborum nitorem restituerit, id in Lucilio hac de causa minus recte fieri potest, quod neque omnium versuum metrica ratio satis comperta est, neque, quantum sibi Lucilius in ipsorum versuum compositione permiserit, satis constat. Quare ea exscripsisse satis habebimus, quae non in meris coniecturis versantur, sed ex ipsorum verborum, si quidem pro integris habenda sunt, compositione, necessario colligi posse videntur. Primum igitur *m* in fine syllabarum sequente vocali non semper eliditur, sed aliquoties retinetur atque corripitur cfr. Lib. I. 22. *Irritata canes quam homo quam planius dicit;* ita enim legendum est, quod poeta de littera *r* loquitur. cfr. XXVII. 18. ubi octonarii trochaici catalectici metrum non aliter constat, nisi uno certe loco *cum* vim syllabae retinet et cum sequentibus non coalescit.

Cum pacem peto, cum placo, cum adeo et cum appello meam.

Cfr. Horat. S. II. 2. 27.

„Num vesceris ista, quam laudas pluma?
Cocto *num* adest honor idem."

Quem quidem versum Orellius hanc ob rem Lucilianum esse putat. cfr. Lucil. fragm. XXVI. 57. Idemque fieri necesse esset, syllaba

quae in *um* desinit adeo producta Lib. XXX. 6. 2. nisi Codicum lectio restituitur, qui *reddebamus* exhibent. Versus I. 19. laudari non potest, quia neque *honestam* neque *inhonestam* pro vera lectione haberi potest, sed *obscenam* vel tale quid emendandum est. cfr. III. 20. Sed sicuti *m* in fine syllabarum non semper eliditur, ita ne vocalis quidem in fine vocabulorum, cum vocali sequente in unam syllabam coalescit, qui vocalium concursus sive hiatus ne tum quidem vitatur, cum eadem littera sequitur ex gr. II. 17. *Vix viro, homini ac monogrammo.* VIII. 2, 2. „*fingens compono, hoc est cum ψωλοκοπ οῦμαι.*"

XXVIII. 10. *Hinc ád me, hinc licet ánus rursum ad armillum,*

XXVII. 5. *Tú Lucilium crédis contentúrum cum me rúperim*
Súmma omnia, fécerim.

XXVI. 69. . . . . . . *hic cruciatur fame*
Frígore, inluvie, ínbalnitie, ímperfundié, incuriá.

X. 7. Nae! in árce bovem discerpsi magnifice, inquit.

Sed aliud hiatus genus, quod etiam apud Virgilium occurrit, Lucilio adeo usitatum est, cuius quidem ea est ratio, ut vocalis quae precedit, sequenti vocali corripiatur:

O Publi! o gurges! Galloni! es homo miser, inquit,

minus certus est L. XXVI. 34. L. XXX. 48; quid servas quŏ eam, quid agam? quid id attinet ad te? IX. 2. 5. „hoc faciemus et unŏ eodem ut dicimus pacto" IX. 6. 5. „Haec illi fecere; adde ē ut pinguius fiat" ubi aut *adde e* dactylus est, quod usitatius, aut spondeus *addē*. XV. 4. 2. calces, dēlectes tĕ hilo non rectius vivas. minus certus est Lib. XXVI. 54.

Dein quae adeo male me accipiunt decimae et proveniunt male.

et XXIX. 72.

Cum dederim vitae meae epitagma Apelli
Longe opera ante aliā omnia.

De quo genere cfr. Virg. Aen. I. 16. IV. 667.

Sed etiam contrarium occurrit, ut *m* vel ante consonantes supprimatur, quod ut in pronuntiandi ratione positum esse puto, ita postea non amplius observatum est, nisi quod in sermone vulgi prioris consuetudinis vestigia servata sunt. cfr. Gruteri Inscriptt. Ind. Gramm. s. v. m. finale omissum. Cannegiet. dissert. de Aviano c. 20. p. 306. cfr. Cornut. ap. Cassiod. p. 2282. „par enim atque idem est vitium, ita cum vocali sicut cum consonante *m* litteram exprimere." quam quidem lectionem esse veram facile credideris, si quae Don. ad Terent. Adelph. II. 1. 55. animadvertit, memoria tenueris: „*m* littera est nimium pressae vocis ac paene nullius" etc. Sed versus Lucilianus est, Lib. XXX. 40.

Sed tamen hoc dicas, quid id est, si noenum molestum est.

Inde dicat fortasse aliquis etiam Lib. XXX. 57.

Et

His te versibus interea contentu' teneto.

Et *contentum* et *contentus* posse legi; cum utrumque salvis sermonis Latini legibus recte dici posse videatur. cfr. Interpp. ad Virg. Aen. II. 1. Sed non minus saepe *m* eliditur; quod si admissum erit Cod. Bernensis lectio recte defenditur Lib. XXX. 9. „*Omnia tum endo mucho videas fervente micare.*" contra si *tum* omittitur, iterum hiatus admittendus est. Contra ictu vel arsi brevis syllaba videtur esse producta L. XXVII. 20.

Aut quod animum induxit semel et út ille omnino putat!

cfr. XVI. 2. versum magis etiam corruptum:

Lysippi Iuppiter ista

Transivit quadragintā | cúbita | altu' Tarento.

IX. 6, 11. Quae iaci | mús addes E, *peila* ut plenius fiat.

IX. 15, 2. Est quod mancu' misér exilis ramice magno.

Sed crebra illa vocalium concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugiebant seriores poetae, in tenui orationis genere molle quiddam habere videbatur, et quod indicet non ingratam negligentiam, de re nominis magis quam de verbis laborantis. Quare

recte Cicero animadvertit antiquissimos poetas, ut versum facerent, saepius hiasse. cfr. Cic. Or. c. 44. §. 150 sqq. Sed tamen vocalis vario modo sublata est; aut syncope cfr. *ardum*, *frigdaria*, *poclo*, *monstrificabile*, quod nonnullis placet, aut si *i* et *u* hiatum facerent, ut hae vocales in consonantes mutarentur; quae synizesis apud Virgilium admodum frequens est *abiete*, *ariete*, *fluviorum*, *omnia*, *Laviniaque*, quae num ita scribantur, parum refert, sed pronuntiatio dubia esse non potest. cfr. Interpp. ad Virg. Aen. I. 2. Iahn. ad VI. 33. et ad Georg. IV. 243. cuius generis sunt apud Lucilium XXVI. 6.

Publicanus vero ut Asiae fiam scripturarius
Pro Lucilio id ego nolo; et uno hoc non muto omnia.

Ita etiam L. XXVI. fr. 24. lectio constituenda esse videtur:

Contra flagitium nescire vincere bello barbarum
Viriatum Hannibalem.

et XXVII. 38. At metuis porro ne aspectu forma capiare altera.
Lib. III. 10. Et promontorium remis superamus Minervae.
Lib. 5. 1, 3. Pars hominum, ut periisse velis quem dicere nolve
Ris etc.
Lib. inc. 3, 5. Id quod malvisti, te, cum ad me accedis, saluto:

Nec minus concursus ille vocalium per synaeresin tollitur, cuius duplex est genus, ut aut duae vocales in unam coalescant, sed ut utraque vim suam retineat (synaloephe), aut ut altera vocalis altera obscuretur (synizesis synecphonesis) in quo genere nonnulli et *i* et *u* in *j* et *v* mutatas ponunt. cfr. Inc. 2, 4. eidem II. 1. eodem, XXVII. 52. fieri. 29. proprium. XXVI. 8, 2. eburneo. 9, 2. vineis. 45. tuam. 71. dī monverint meliora atque amentjam averruncassint tuam. III. 3. Dicaearcheum. Contrarium fit, cum duplex *i* vel *j* in vocalem simplicem mutatus coicis pro conjicis II. 15. subicit pro subjicit. L. inc. 44. XX. 2, 1. eodem V. 1, 1. tametsi ubi synaloephe cum ecthlipsi coniuncta; ita etiam L. XI.

2, 1. emendandus esse videtur: Cassiu' Caiu' est hic operarius cfr. Schneider de hiatu p. 162. Quae quidem omnia cum ad versus faciendos multum adiumenti afferrent efficerentque ut illi sermoni familiari atque plebeio multo similiores fierent, tum nihil non sibi permisit, quod eodem faceret.

Non uno igitur loco verba rescidit, cfr. Auson. Ep. V. 35. „rescisso disces componere nomine versum, Lucili vatis imitator eris," Graeca Latinis immiscuit, verba traiecit, quo in vitio assiduus fuit, ita ut saepius versus incomposito pede currerent, et per salebras altaque saxa caderent; praeterea caesuras omisit, cuius rei tot exempla sunt, ut singula laudare non sit necesse. Sed verba quaedam ita rescidit ut altera pars priori versui, altera sequenti adscriberetur cfr. V. 1, 5.

Pars hominum, ut periisse velis — quem visere nolve:
Ris cum debueris. hoc Nol — et debueris te —
Si minu' delectat, quod ἄτεχνον Isocratium est O-
Χληρῶδεςque simul etc.

VIII. 8. Verum et mercaturae omnes et quaesticuli insti—Tuti.

Multo frequentiora sunt loca etiam apud optimos poetas ubi extrema syllaba antecedentis versus cum primo vocabulo sequentis in unam syllabam coalescit XVII. 7.

. . . . magna ossa lacertique
Apparent homini.

Quod Virgilius imitatus est Aen. V. 420. Et magnos membrorum artus magna ossa lacertosque Exuit etc. Sed cum Lucilio solemne sit, verbis rescissis versus coniungere, admodum probabile fit etiam Lib. X. fr. verba ita esse disiungenda:

Ho-
Norum est iudicium Crassis uti scripsimus ante.

et XXIX. 3. Qui mihi quantum est inter humanum genus fera-
Rumque et inter se coniugat, communicat.

Cuius generis etiam apud ipsum Horatium esse exemplum sed in metro Saphico satis constat:

U-

xorius amnis. Hor. Od. I. 2. 19.

Sed verbi intra versum rescissi exemplum est fr. inc. *Conque tubernalem;* et XXX. 69. *cui sit data deque dicata.*

In ipso autem verborum usu et in arte compositionis, quae dicitur, haec fere sunt observanda. Primum illum multa Graeca orationi immiscuisse iam supra vidimus. Neque satis habuit ea usurpare, quae aut ad geographiam pertinuerunt, aut a Graecis inventa et usurpata, cum commercio et vitae consuetudine ad Romanos pervenissent, nomina non mutarunt. ex gr. *cinaedi, parasiti, idiota, amphitapae, psilae, zonarius, atomi, cataplasmus, schema, epitagma, emblema, catapirates, mechanici, androgyni, cyma — cinnabari — monogrammi, oenoforus; choragus, cephalaea, zetematium, syrofenix, Aethiopius, Isocratium, hir, sipho, schola, Socratium, maltha, moechocinaedi, fisici, mastigia, schedium, tapeta,* quarum rerum ut notiones ita nomina a Graecis tradita sunt Romanis; sed cum saepius usurpando haec vocabula iam satis trita et vulgata fecisset, Latinas terminationes adhibuit et Latinis litteris scripsit, neutra enim tertiae declinationis in *a* et *i* desinentia iam antea recepta fuerunt. In aliis, quae minus usitata erant, Latinae scripturae Graecam terminationem affinxit: *epifoni, oxyodontes, euplocamo, lexeis, rhetoricotero', empleuron, eidola, poeticon, Atticon, parectaton, zopyrion, Thestiados, charti, soloecismon, cercopithecos, hippocampelefantocamèlos, cacosyndeton,* et fortasse *Eupatereiam.* Sed alia Graeca vocabula immutata retinuit: *ἀχάρνης, Ἰξιονίης ἀλόχοιο, χειροδύται, θωρακία, ἄτεχνον, σοφός, ὀχληρῶδες, συμμειρακιῶδες, ψωλοκοποῦμαι, πάναιθος, τοκόγλυφος, ἀπεψία, καλλιπλόκαμος, καλλίσφυρος, Τυρὼ, ἄκοιτιν, ἄρχαις, στοιχείοις, σκοπὸς, τήρει, εὔφωνα, χῖος τε*

δυνάστης, imo integrum versum ex Odyssea satyris intexuit XIV. 5. 2; *ἤ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.*

Sed etiam in formis Grammaticis habet, quo a serioribus scriptoribus differt. Primum enim in Graecis transferendis genus retinuit in *χάρτης;* habet enim: *Socratici charti* p. 56. 10; alia e Graeco in Latinam transtulit, qualia sunt, *gangraena, arutaena,* et paucis litteris mutatis, *angina* a *συνάγχη*, a quo quidem vocabulo *anguina* pro ancora plane diversa esse videtur; praeterea *cibicida* ad analogiam voc. *paricida* formata; *lucifuga* ut *perfuga* eodem sensu quo *tenebrio* et *nebulo;* quod quidem substantivum eo magis insolitum, quod et adiectivum *lucifugus* apud Lucilium legitur. Etiam *maltha* pro homine effeminato ab eo primum dictum esse videtur, unde Horatius finxit: *Malthinus; boa, tama* e sermone vulgari petita sed et ipsa Graecae originis esse videntur. Etiam *carissa* pro lena vix apud alium scriptorem legitur. Sed inprimis memorabile videtur vocabulum *congera* de quo Rost. opuscula Plautina haec habet Tom. I. p. 283. „At enimvero formam pertractati vocabuli *(congerrones)* aliorum arbitrio facile permittimus, originem nostro iudicio tuemur, etiam contra eos, qui, ut *congerrones* a gerris dictos esse vincant, Lucilii auctoritatem verbis opponunt: cuius haec verba a Festo referuntur: *Tapullam rident legem congerrae Opimi.* Quam debili enim et inani utantur argumento, vel ex metro intelligitur quod constare non potest nisi legas:

— — Tapullam rident legem congerae
Opimi.

Potuisse autem eundem hominem et *congeronem* et *congeram* appellari posteriorisque figurae vocem ad similitudinem aliorum nominum compositorum ut *advena, transfuga, agricola,* non obstante altera forma *congero* formari, sciunt omnes, qui de abundantibus, quae vocantur, Latinorum nominibus compertum habent. Nostram igitur sententiam de re hactenus enucleata his paucis verbis

comprehendimus: Vocabulum *congero* et quod idem est *congera,* ob aliam pronunciationem geminata nonnunquam postrema consonante scriptum, ducitur nequaquam a *gerris* sed a congerendo significatque adolescentem cum sodalibus de symbolis convivantem, nugantem omni licentia, nequitia atque adeo furtis grassantem."

Eadem fere ratio est vocabuli *pullipremo* apud Auson. Epigr. LXIX. vs. 5 sqq.

Quis Marcus? felles nuper pullaria dictus:
Corrupit totum qui puerile secus.
Perversae Veneris postico vulnere fossor,
Lucili vatis subulo, pullipremo.

Ubi Scaliger lectionn. Auson. I. 27. *pulliprema* legendum esse iubet, quod ut ad analogiam superioris vocabuli recte formatum esse concedam, diversa tamen suadent tot vocabula in *o* terminantia, quae, cum apud ceteros scriptores passim occurrant, tum apud Lucilium inprimis tam frequentia sunt, ut hanc terminationem popularibus auribus gratissimam fuisse facile credideris. cfr. *comedo, bibo, muto, mando, epulo, trico, vappo, subulo, lurco, glutino, cachinno, macco, musimo, catillo, erro,* unde fortasse et *impuno* et *convivo* sive *convivio* ferri potest; nam etiam in *io* haec substantiva flexa fuisse testimonio sunt: *decurio, histrio, ludio, Aeschrio, Serapio, Bullio, amusio, Scipio, Glabrio, mulio, Arabio, Pollio, Athenio, Turpio*.. Ut igitur tres terminationes inveniuntur: *rapo, rapister* et *rapinator*— ita dicat aliquis *conviva, convivator* et *convivio* esse ficta; praesertim cum et *convivalis* et *convivialis, convivo (is) convivo (as), convivor* dictum sit; quanquam etiam *bibo* et *combibo* non dubiae auctoritatis sunt. Sed si quis est, qui ex nominis *Turpio* analogia colligat, etiam *Impunio* fuisse dicendum, hunc monitum velim, in liquidis non esse necesse, ut vocalis interponatur; cfr. *calo, baro, musimo, spino, Philo, Chilo, Cilo, Cicero, Stilo, Tubero, Amo, Almo, Antro, Nero, Piso, Caeso, varro, glutino, Briso, petro, Apro, Grillo, tiro, calo,* etsi etiam *Aculeo, Asellio, Bambalio, Nerio,*

passim occurrunt; tamen nullam certam legem hac in re antiquos esse secutos, vel quae supra attulimus exempla satis demonstrant. Sed ut supra duplices formas eiusdem vocabuli vidimus et tam *congerrae* quam congerrones dici posse statuimus, quod eo facilius fieri posse videbatur, quod *gerrae* et *gerro* dicitur. cfr. Fest. s. v. ita vocabulum *gemiae, gumia, guma* dicta; quae varietates lectionum laudantur. Et Festus quidem *ingluvies, ingluviosus, gluto, gulo, gumia, guttus, gutta, gutturosus* et *gurgulio,* haec omnia a *gula* derivanda esse statuit, magis credo similitudinem significationis quam etymologiam secutus. Rectius utique OM. Fest. p. 71. *gumia* et *gustus* ad verbum *degunere* vel obsoletum *guno* refert, et Doederlein Latein. Syn. V. p. 151. *gumia* cum vernaculo vocabulo *Gaumen* componit. Sed verum vidisse Scaligerum putaverim, qui hoc vocabulum Graecae originis esse iudicat, et *γέμω, γόμος* comparat, unde etiam duplex forma *gemiae* et *gumiae* facile explicatur. Mirae formationis est quoque vocabulum *gullioca,* quod eiusdem originis cum *culliola* esse, iam interpretatio Pauli demonstrat, s. vv. p. 50 et p. 98. Ed. OM. et in adnott. critica n. 164.

Ex variantibus lectionibus in Glossariis Labbei *gulluca* et *gutillioncae* quod Vulcatius *gulliocae* correxit et ex Placidi formis p. 467. *guilliciola* (ap. Maium *Gulliciciola*) facile colligas, propriam formam *culliola* vario modo fuisse corruptum. Primum mutatio *c* et *g* tam frequens est, ut nemo in ea offendere possit. Tum terminatio in *uca* non magis aliena quam in *festuca* et *verruca, mastruca,* quod non multum differre a terminatione *oca* facile patet. Quod mihi quidem multo probabilius videtur, quam si quis nescio quam compositionem ex *culleus* et *iocus* fingat, quod iam translata significatio corporis humani, quam Placidus fuisse statuit, prohibere videtur. Praeterea *canalicula* primum Lucilio dictum esse videtur. cfr. Non. p. 134 a. cuius vocabuli usus eo fortasse ridiculus fuit, quod facile cum *canalicola* potuit confundi. Etiam *Carissa* a Lucilio fictum et proprie dictum, haud dubie a *κάρ* foem. *κάειρα,* similiter

derivatum ut sacerdotissa. *Cares* enim et *Phryges*, etsi apud Graecos et Romanos non in magno honore habebantur, quod duobus proverbiis vulgatum; sero sapiunt Phryges et Phryx plagis melior fieri solet, et *ἐν καρὶ κινδυνεύειν* sive *δεῖ ἐν καρὶ τὴν πεῖραν γίγνεσθαι;* tamen et Cares primi auguria ex avibus petivisse et Phryges avibus et earum significationibus obtemperasse dicuntur. cfr. Cic. de Div. I. 41. Plin. N. H. VII. 56. Accedit quod Aesopus Phryx esse putabatur: Neque certa quaedam vafrities atque calliditas a barbarorum moribus abest, sed potius iisdem quam maxime convenit. Sive igitur Carissa *vafra* dicta est, sive *lena vetus et litigiosa*, *ancilla dolosa et fallax,* haec omnia eodem redeunt; et Carissa eo facilius fingi potuit, quod et *καρίων* et *καρίζειν* a Graecis dictum est.

Itidem ex Graeco translatum est *maltha*, pro homine molli et effeminato, unde Horatius *Malthinus* composuit, quod Graece dicitur *cera pice mixta*; qua significatione haec vox aliquoties apud Plinium occurrit, eiusdem originis cum *μαλάσσω*, *μαλθάζω*, *μαλθάσσω*, *μαλακός* et *μαλθακός;* maltha igitur pro mera metonymia neque pro apocope habendum. Praeterea Lucilius primus *camera* pro *camara,* et *mantisa* dixisse videtur. Itidem *mamphulam* ab eo in sermonem Latinum fuisse inductum ex ipsius Festi p. 142. Ed. OM. testimonio colligas, quod quidem vocabulum non cum *mamphus* cfr. Fest. videtur esse comparandum, multoque minus ex Graeco *μαννέφορος* derivandum, sed ex Syriaco sermone in Graecum videtur esse translatum. Incertae significationis est *noctiluga*, — *luca* — *puga,* quae variae formae aut apud Festum et Paulum inveniuntur, aut ab interpretibus pro veris habentur. Iam quae similitudo inter litteras *g* et *c* intercedit, ita ut saepius inter se commutentur, facile fieri potuit, ut *noctiluga* pro *noctiluca* diceretur, etsi propriam huius vocabuli notionem a *lux* repetendam esse censeo. Cuius in compositione nil est insolitum; substantiva enim in *a* desinentia Lucilio esse usitata supra vidimus; praeterea

nocti compositum ut in *lucifugus*, *luciparens* et *vinibua*, quod itidem Lucilii est; iam *luca* cum *lux* iunctum est, ut *noxa* cum *noceo*, *strix* cum *striga*, et transitus substantivorum tertiae declinationis in primam etiam alias admodum frequens fuit; de *anguina* et incerta eius etymologia iam supra disputatum est. cfr. adnot. crit. ad fr. 10. lib. inc. *destina* fr. 46 inc. n. 180. ita corruptum est, ut de eo ne hariolationi quidem locus sit. Alia substantiva quae quamvis non sint usitata, tamen nil habent, quod a notis linguae Latinae legibus recedat, v. c. *tama*, *boa*, *metaxa*, *fulmenta*, etc. non digna sunt, quibus diutius immoremur. In secunda declinatione minus loci fuit relictum verbis novandis, quippe quae declinatio in universum non ita multa prisca et insolita verba habeat. Sed ei propria est generis mutatio in nonnullis vocabulis, quippe qui *forus* gen. masc. *gladium* et *nasum* g. n. dixerit; etiam *cubita* g. n. usurpavit, cum alioquin g. masculinum videatur esse frequentius. praeterea *olerorum* dixit pro olerum, ad exemplum Catonis de R. R. c. 149. qui: *oleris*, *asparagis*, *signis* coniunctim posuit, *fuldus* quod legitur IV. 19. in *fulturae* aut in *fulcrum* mutandum esse iam supra vidimus. Sed *guberna* pro *gubernacula* posuit, duabus syllabis abruptis. Substantivum a nullo praeterea scriptore, quantum mihi quidem innotuit, usurpatum est: *ergastulus* p. 40. 8; *tesqua* sive *tesca* cfr. Varro L. L. VII. 10—12. et Fest. p. 357. OM. vox Accio et Ciceroni in veterum imitatione usurpatum, quae Paulus interpretatur: *loca augurio designata;* Cicero aspera, ait, esse et difficilia quam in sententiam etiam Gloss. Labb. „κατάκρημνοι καὶ ῥάχεις καὶ ἔρυμοι τόποι." Varro autem vituperat glossarum scriptores, qui *tesca sancta* dixerint. Sed ipsius explicatio, qui *tesca* ex *tuesca* ortum esse putat, quod loca, ubi mysteria fiant, attueantur, minus certa; quae quidem interpretatio quamvis falsa, tamen aliam etymologiam, quam quae nuper a Doederleinio proposita fuit, qui tesquam a *tacere* censet esse derivandum, commendat. Sed vera scriptura potius *tuesca* ut *urgueo* pro *urgeo*

fuisse videtur, i. e. quae augures tuentur oculis notant atque designant, quae cum fere loca solitaria et ab hominum sedibus remota esse soleant, omnes quae supra memoratae sunt, huius vocabuli significationes, facile inde deduci possunt. Non minus dubia significatio vocabuli *vescus*, de quo Festus p. 368. OM. „*Vescus* fastidiosus; *Ve* enim pro pusillo utebantur; Lucretius vescum dixit edacem, quum ait: Nec mare, quae impendent, vesco sale saxa peresa." Lucret. I. 327; sed Lucilius lib. XXVI. cum dixerit „quam fastidiosum et vescum vivere" haud dubie hoc vocabulo, synonymo prioris usus est. Quam significationis diversitatem Gellius N. A. XVIII. 5. teste Sulpicio Appollinare usus, ita explicat: „*Ve* particula sicuti quaedam alia, tum intentionem significat, tum minutionem. Nam *vetus* et *vehemens*, alterum ab aetatis magnitudine compositum elisumque est, alterum a mentis vi atque impetu dicitur. *Vescum* autem, quod ex ve particula et esca copulatum est, utriusque diversae significationis vim capit." Sed a Virgilio *vescae frondes*, ab Afranco *imbecillus vescis viribus* dictum est. Unde recte colligitur primariam syllabae *ve* notionem paulo altius esse repetendam. Iam omnia quae alicuius rei vim intendunt, non raro in perversa et contraria mutari, satis constat. *Ve* igitur primo loco vim verbi, cui antipositum est auget, secundo loco in perversum deflectit. Ita recte Ovidius Fast. III. 445; *vegrandia farra coloni, quae male creverant, vescaque parva vocant*, Id. l. l. IV. 131. *verbenasque premens vescumque papaver* cum dixit varias eius vocabuli significationes coniunxit, cfr. *vesanus, vecors. Vescus* igitur primo significat et *edax* et *edulis*, activa et passiva significatione; tum significatur is, quem, quod saepius nimis se ingurgitaverat, omnium ciborum taedet, qui omnia respuit, neque ullo nutrimento vires reficit et auget, hoc sensu *farra vesca* dicuntur, quae non augentur, non crescunt. *Ve* igitur vitium quoddam in edendo significat, quod, qui nimium comedunt, *edaces* sunt, qui omnia fastidiunt, victu necessario carent, parva et imbecilla manent. Quae si recte

disputata sunt, non opus fuit, ut Doederlinius ad varietatem significationis interpretandam non solum *edere* sed etiam *ἄση*, *ἀκασκᾶ*, *ἦκα*, *ἥσυχος*, *secius*, *vietus*, *ἀητός* compararet; multo rectius enim aliquis dicat, quod in verbo *edere* etiam satiandi sit notio, inde *vorax* et *fastidiosus* non ita multum distare.

Ex Graeco sunt translata, *icterus*, *bolus*, *petaurus*, *cobium*, *angarius*, *macellus*, *Gerdius*, *eugium*; sed *quartarius*, *agrarius*, *mergus*, *mixtarius*, *cernuus*, solius Lucilii aut ab eo petita esse videntur, *halicarius*, *puellus* etiam apud Plautum Ennium etc. occurrunt. Et *gigeria* apud solum Lucilium, Petronium et Apicium auctores laudantur. Neque *Socratium* alibi, et *noenum* et *hilum* tantum apud antiquissimos scriptores legitur. Praeterea *ad incita*, si Codd. fides habenda, solus Lucilius dixisse videtur. ceteri enim ad *incitas* tuentur; de *rapister* et *moetinum* iam supra exposuimus. Sed significatio insolita est in: *senium*, i. e. taedium, *schedium*, *folliculo* i. e. corpore; *peniculamento* i. e. cauda; *rostro* i. e. ore et *protelo* ubi fere idem quod *protinus* significat, *sabucus* pro sambucus, et *mundus*. In tertia declinatione Lucilii propria sunt, primum frequens usus substantivorum in *o* desinentium, v. c. *trico musimo*, *lurco*, *comedo*, *tenebrio*, *catillo*, *subulo*, *pullipremo*, *vappo*, *mando*, *glutino*, *muto* (*impuno*?), *glutino*, *strabo*, *maco*; substantiva in or: *bovinator*, *succusator*, *pigror*, *favitor*, *acceptor*, *glutinator*, *sarcinator*, *rigor*, *nigror*, *limfor*; in *as*: *squallitas*, *Casinas*, *Brutas*, *satias*; singula sunt: *herpes*, *hir*, *segestre*, *mictyris*, *vitiligo*, *rodus*, *petimen*: ad flexionem spectant: *hepatia*, *utria*, ut apud Livium Andronicum, *munere (i) fami' plenum*, *capital*, *salem amarum*, *ungues primores*, *ninguis* gen. s. *forcipiumque* (?) g. pl. *canes* pro *is*.

In quarta declinatione antiquiorem formam *algu* retinuit, sed nullum exemplum genitivi in *uis* vel in *i* desinentis laudatur; sed dativum in *u* contraxit: *anu noceo*. *victu* dat. p. 13. 8; eandem-

que legem in quinta est secutus, ubi etiam *facie* dativum posuit; p. 236. insolita verba sunt: *inluvie*, *imbalnitie*, *imperfundie*.

Adiectivorum quae a vulgari usu et consuetudine recedunt, magnus est numerus. Accedunt multa participia, ita ut in hoc genere facile intelligas, quanta sit diversitas inter Lucilii reliquorumque scriptorum orationem. cfr. *repandus, eminulus, labosus, scelerosus, acerosus, rugosus, arquatus, expilatus, privus, crepera* in *re*, *lucifugus, mediastimus, versipellis, infamus, imberbus*, m. *viscatae, signata puella, vescus, fulguritae arbores, contemnificus, impuratus, iniuriatus, cretata bos, viriatus, altilia, agipes, austerissimae herbae, delenifica* verba, *gradarius, horridulus, lignum subucum, monstrificabile, passi senes, monogrammus, Aethiopus, depostus, catax, tagax*, ad incita, *ungues primores, strenuior, praecisus, capitatus, nasutus, aureolus, frigdaria, illitteratus, imberbus, adipatus, incrustatus, stlembus, confixum, solox, pascalis, squarrosus, capularis, blennus, Pyrgentia, Brutas, Casinas, piscinensis resesque, vinum Crucium, lex tappula*, t. *papaveratae, impermixtus, ratitus, custoditus*, i. e. cautus; *displetus, decumanus, cinerarius, nefantia, subseciva, petilis, quartarius, querquera, rupex, sollus, sonipes, succosus, strigosus, varro, aprugnum viscus, segestre, abstemia*. Adverbiorum formae minus vulgares sunt: *tolutim, facul, zonatim, publicitus, endo, indu, simitu, ampliter, ignaviter*, quasi i. e. ferme, *hilum, noenum, presse, summatim, frustilatim, dapsilius, minutatim, zopyriatim. media nox* i. e. noctu.

Ex quibus omnibus facile est ad intelligendum, multo maiorem libertatem Lucilio et facilitatem fuisse in verbis componendis fingendisque. Itaque non solum multa adiectiva retinuit, quorum origo incerta quaeque antiquissimis scriptoribus, Livio Andronico et Naevio usitata fuerunt, id quod in hoc poesis genere, quod populi mores et sermones exprimebat, maxime erat consentaneum, sed alia ex Graecis transtulit ut: *monogrammus;* alia ex substantivis finxit, ut *ratitus, adipatus* praepositione *in* anteposita, *im-*

permixtus; multa nova addidit, terminationibus *osus*, *arius*, *alus*, *abilis*, *o*, *ax*, adhibitis. eademque ratio est adverbiorum, ubi et Graecis vocabulis Latinas terminationes addidit, et prisca retinuit ut *simitu*, et in ipsis adverbiis formandis plurimum sibi permisit. Etiam in numeralibus pauca sunt insolita; primum *mile* non modo vim substantivi habet, sed etiam singulari numero flectitur, cfr. Gell. I. 16. *milli passûm*, *milli nummûm uno*. Contra *sexcentum* et *ducentum* etiam numero singulari posuit; falsus enim est Nonius p. 336. 6. qui eo loco, *sexcentum* pro *sexcentorum* positum esse censet. quod ut concedam altero loco fieri posse, ubi *centum* ac *ducentum possideas si millium* ex Graecorum ratione dictum esse videatur, quia notio partitionis insit, vel vocabulum quod partem significet, omissum sit, altero loco Lib. XXX. 18. *sexcentum* nonnisi pro accusativo habendum est. Quod quidem si etiam priore loco admittis, millium pro genitivo habendum et *ducentum* et *sexcentum* pro substantivo a Lucilio positum fuisse statuendum est. Quod ut pro certo ponere non ausim, non temere reiiciendum esse puto. Sed maximus et verborum numerus, quae vel plane obsoleta sunt, vel in significatione terminationeve a Grammaticorum regulis abhorrent. *clarans*, part., *redivit*, *incilans*, *euntur* omnia vorsum, *depuvit*, *auxiliatus* a me, *ogannis*, *sufferctus*, *fruniscor*, *calvitur*, *expergitus*, *depostus*, *fulgĕre*, *nefantia*, *potis* est, *potissent*, *obtursi*, *mansti*, *crevit* i. e. decrevit, *fervit*, *rausurus*, *aptus*, *apisci*, *exaptus*, *tongere*, *depeculassere*, *deargentassere*, *tongere*, *rudere*, *eiulitare*, *quiritans*, *protollere*, *porcent*, *coicis*, *lurchari*, *degrumari*, *subvellor*, *desquamor*, *pumicor*, *muginamur*, *molimur*, *subducimur*, *inuncat*, *producunt* i. e. tollunt, *mutire*, *decalanticare*, *repedare*, *resaluto*, *delero*, *percrepa*, *averruncassint*, *contenturum*, *devorare* ac *deververe*, *coniugat*, *eicere*, *imbubinat*, *imbulbitat*, *noxit*, *cluebat*, *praeservit labra*, *delicit*, *deuras*, *ruere* atque *colligere*, *interficis* i. e. consumis; *perlabitur*, *lactantia* Coa. sole occaso, *commanducatur*, *simat*, *lentet*, *commentavi*. Ex his intelligitur non

modo multa verba a Lucilio fuisse usurpata, quorum memoria postea oblitterata est, sed nonnullorum etiam significationem fuisse mutatam. Praeterea nonnullae formae ab eo servatae sunt, quae ad historiam verbi Latini illustrandam faciunt. Exstant enim duo infinitivi futuri: *deargentassere* et *depeculassere*, quae ut nonnulla, quae apud Plautum leguntur, testimonio sunt, priscos in formando temp. fut. aliam legem esse secutos. ut enim prima persona perf. coni. in *sim* plusq. cong. in *sem, ses, set* etc. Inf. perf. in *se* terminata est, ita fut. *olim* in *so,* inf. in *sere* desiit, quam formam vulgo pro fut. exacto habent, sed infinitivi significatio a futuro simplici non recedit. Unde recte aliquis colligat, *s* litteram in vetere coniugatione Latina aeque ac apud Graecos ad temporis futuri naturam indicandam fuisse adhibitam, id quod iam vetus forma *eso, esis, esit,* pro *ero* ostendit. Graece igitur forma aor. primi *σαι*, Latine, inf. perf. *se;* Graece inf. fut. prim. *σειν,* Latine *sere.* Iam quod his formis in *a* et *e* desinentibus littera *s* praeponitur, hoc inde ortum esse videtur, quod longitudinem vocalium nulla ratione melius quam duplici consonante exprimi possse statuebant. Quod quidem in iis verbis, quae consonante littera desinebant, non necesse erat, cum antecedentes vocales iam positione producerentur. Ceterum littera *s* temporis futuri, *s* perfecti respondit, ut *bo* primae et secundae coniugationis *v* vel *u* perfecti, quippe quae litterae innumeris locis inter se confundantur. Sed eadem illa terminatio etiam documento est, verbum *eo, ivi, itum, ire* non minus ad tempora verbi Latini formanda quam verbum *sum, fui,* esse adhibitum. Et hoc quidem cum in confesso sit, Lucilii quoque auctoritate confirmatur, ubi potissit, et *potisset,* manifesta sunt indicia; sed apud eundem etiam alterius flexionis sunt paucae reliquiae, ex quibus facile intelligitur, latius olim illam legem patuisse. Quem ad modum igitur Latine dicitur *Cur te is perditum, occisum iri* etc. ut Cato ap. Gell. N. A. X. 14. dixit, *quae contumelia mihi factum itur.* ita apud Lucilium legitur:

euntur omnia vorsum. Sed quod magis etiam memorabile, *sole occaso* dixit, ut apud Salustium *aetate senecta;* quae omnia sunt eiusmodi, ut Lucilium eadem libertate, qua mores aequalium irridebat, etiam vulgaris Grammaticorum regulas excessisse statuas. Sed ut rectius de oratione Lucilii statuas, etiam verborum structurae, quae non vulgares neque communi consuetudine tritae sunt, notentur necesse est. Cuius generis haec sunt: „munus, officium fungi; elevit luto vestimenta, solvere nulli lentus, coniicere in versus, se decollare fructibus, nec longius quidquam nobis, efferri odio, mensam accumbere, uti aliquem, cornas fluitare capronas, offerunt sibi molestiam, ingenium defrudare, venas hominis tangere atque praecordia, concionem cogere, e bulga matris in lucem editus, pectus irrigatur, orco spondent septimum, decimae male me accipiunt, vitae tranquillum, scribere portenta anguisque volucris ac pinnatos, fastidire alicuius, adspirare ad ostium, gaudere pro commodo, excido ab Archilocho, in album indere, devorare ac deverrere, servitutem excludere, nemo sum homo, hilum non proficis, Cuia opera, leoni ex ore exsculpere praedam, ruere atque colligere aliquid, si suggeris suppum, confixum facere, os involare, me impendet, orationem compendi facere, anus ad armillum, argutari mendacia, timido vadit pede percitus, presse res auferet omnes, confectores cardinum, perversa aera, depilati sumus, depellas atque deuras, praeservit labra, delicit, se auferre a viro, mentes ad sidera tollunt, aquam in animo habere intercutem, in libertatem destinet, iram indulges, animum ex homine interficere, animos attendere atque adhibere, ventrem fovere ex molito hordeo, bolo emungi, in lutum descendere, litteras docere lutum, flamina suda secundent, hoc exuat se, insulta te in me, in quibus ecferimur rebus, vestigia se prorsus ferunt, deletionem nostri ad unum exercitus, se invitare dapsilius, caput sensu nutricatum, corpus perolesse bisulcis, suggeris suppum, remoram facit, suffocare lacunas; vita devincta bulga, aetati facieque fautor, contendere

aliquem alicui, impertit salutem plurimam, salute factis versibus impertit, cum me ruperim, summa omnia fecerim, omnia viscatis manibus leget, nullo honore displetus, nullo funere, ex aerumna exire, subsecivam si quando voles operam, redire in consortionem, signat linea alba, incilans nos laedis vicissim, calce omnes excutiamus, sua claustra mortali committunt Camenae, ventrem pertundit delicietque, iactare indu foro se omnes."

Iam ut Lucilianum dicendi genus in universum paulo accuratius percenseamus, hoc omnibus est manifestum, tria potissimum in eius oratione esse spectanda. Et primum quidem neminem fugit, quam multa e Graecis auctoribus expresserit, quoties illorum vestigia secutus sit. Cuius quidem rei cum plurima documenta ex frequenti Graecorum vocabulorum usu peti potuerint, de quibus vide supra, tum etiam ex singulis verbis et ex eorum structuris videre est, multa ex Graecis fontibus hausisse Lucilium. Ita *addere* ex Graeco *τιθέναι* expressum esse iam veteres Grammatici docuerunt. Praeterea *fastidire* et *abundare* cum genitivo uncta aeque atque Horatiana: *abstinere, desinere, invidere* cum eodem casu, Graecis *παύεσθαι, πλεονάζειν φθονεῖν* respondent. cfr. Gell. N. A. VI. 15. Plaut. Aul. II. 2. 67. Stich. II. 10. Virg. Aen. XI. 120. 280. Hor. S. II. 7. 83. ubi similia occurrunt. Eadem est ratio structurae: *date bibere* cfr. Andria III. 2. 4. et Don. ad h. l. Plaut. Pers. V. 2. 40. Gronov. ad Liv. XXXVIII. 33. 5. Virgil. Aen. I. 191. tu das epulis accumbere divum. Anacreon. XXI. *δότε μοὶ πιεῖν*. cfr. L. Piso in Ann. apud Gell. VI. 9. „dicitur ad collegam venisse, visere aegrotum." Ita *lentus solvere nulli* est notissima illa adiectivi cum infinitivo iunctura, quae Horatio saepius usurpatur. cfr. Lib. IV. Od. VIII. vs. 8. *„Sollers nunc hominem ponere, nunc deum"* quem ad locum Lambinus omnia huius structurae exempla collegit. Sed ne omnia studiose conquisivisse videamur, quae ex Graecis fontibus videntur esse repetenda, non minus saepe quam Graecorum Lucilius veterum poetarum Latinorum vestigia

pressit, Plautum, Caecilium Pacuvium, Ennium puta, quos cum saepius reprehendisset, tamen genus dicendi fere idem secutus est. Huc retulerim *fungi* et *uti* cum accusativo iuncta, quod apud Plautum, Terentium, Pacuvium, Titinnium, Turpilium occurrit. cfr. Men. I. 4. 4; Trin. Prol. I. Nonius Marc. p. 539. Ter. Heaut. I. 1. 14; III. 5. 19; Adelph. III. 4. 18. Praeterea dictio: *fructibus me decollavi* inde videtur esse explicanda. Cuius quidem constructionis exemplum Nonius ex Caecilio laudat: *in tuo collo est, decolles cave;* quod nove dictum esse facile intelligis, unde Lucilius hortulos suos irrigasse putandus est. Sed cum *decollare* non confundendum est *decolare* una *l* scriptum, quod verbum intransitivum apud Plautum aliquoties occurrit cfr. Capt. III. 1. 31. Cas. II. 4. 28; Gronov. ad Liv. XXVII. 17. Eodem referendum est antiquum verbum *apisci, mensam accumbere* cfr. Plaut. Men. III. 2. 11. Bach. V. 2. 4. etiam *iram indulges,* quod fuerunt, qui perperam *irae* corrigerent. cfr. Terent. Heaut. V. 2. 34; *te* indulgebant. Enn. II. 1. 16; minus *me* indulgere; ubi falso Donatus et Ruhnkenius *me* et te pro mi et tibi positum esse censuerunt. cuius rei quamvis etiam apud Lucilium exemplum legatur cfr. p. 86. fr. 14. tamen *indulgere* et cum accusativo et dativo iungitur Stat. Silv. IV. 6. 36. *se indulgere alicui* et Sueton. Claud. 24; Eiusdem fere est generis *insulta te in me,* quod ex aliis duabus structuris est compositum, *insultare in rempublicam* et ex eo, quod apud Charisium Lib. II. fin. ex Ennio laudatur: *Iuvenum coetus Bachico insultans modo.* Sed pari modo *ruere* et *praecipitare* construuntur. cfr. Lucil. *ruis haec et colligis omnia furtim.* et Lucret. 4. 1014: *se quasi praecipitent ad terram.* Praeterea structura: *vestimenta elevit luto* ex vetere Latinitate repetenda esse videtur. Ut enim *mactare deo hostiam* et *deum hostia* dicitur et *exonerare civitatem metu,* atque Plautus Epid. III. 4. 34. *ut eam ex hoc exoneres agro* ita etiam elinere *vestimenta luto,* pro *lutum e vestimentis* dictum esse videtur, quod Nonius falso explicat

maculare. Similia sunt *amtruo* et *redamtruo,* verba ex augurali disciplina petita, *clarans, commentavi, auxiliari a me, repedare, resaluto. percrepa pugnam Pompili, rostri repandus, porcent, remoram facere gradu.* multaque alia, quae enumerare longum est. Nihilo minus tamen Lucilii oratio eo potissimum celebrata est, non quod e reconditorum verborum tenebris et e litterarum Graecarum fontibus plurima hausit, sed quod ipsius populi ut iudicia ita sermonem rettulit. Cuius generis longe plurima sunt exempla, ita ut non tam copia quam modus quaerendus esse videatur. conf. si placet, ,,anus ad armillum, bulga pilosa, caballus, bisulci, gracila, cibicida, confector cardinum, dens eminulus, depostus bubulcus, dat rectius se, dare in viscera, in lutum descendere, detorquere guberna (pro gubernacula) dilaxare crura, litteras lutum docere, facul, firmiter esse, folliculo indutus, extrema ligurrire, vinibuae, excidere ab aliquo, vomitus, pus, senium (i. e. convicia) manus uberior, perlabi colles et campos tolutim, bovinator i. e. tergiversator, gallam bibere et rugas conducere ventri, succussor, succusator, susque deque facere omnia etc.

Sed satis multa de oratione Lucilii: neque enim omnia percensere consilium fuit, et hominum doctorum studiis satisfecisse videmur, quod animos eorum ad Lucilianae orationis indolem atque naturam accuratius examinandam advertimus. Ceterum quantum iam antiqui Grammatici Lucilio tribuerint, cum ex multis aliis intelligi possit, tum vel hoc documento esse videtur, quod ut Caius Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, ut postea Quintus Vargunteius Annales Ennii legendo et commentando aequalibus notos faciebant, ita Laelius Archelaus et Vectius Philocomus Lucilii satyras familiaris sui interpretati sunt, quippe quas legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicat. Sueton. Gramm. Illustr. 2. Ille fortasse Laelii libertus idemque fuit, qui ex principibus Grammaticis fuisse et librum suum inscripsisse fertur de vitiis virtutibusque poematorum. Sosip.

Charis. Inst. Gramm. I. 114; sed pro *Vectio Philocomo* apud nuperrimum Suetonii editorem p. 110. *Vectius et Q. Philocomus* scriptum est; quam lectionem vix erit, qui defendat. Sed minus etiam van Heusdii coniecturae tribuendum, qui pro verbis: *familiaris sui* reposuit *familiaribus suis* et nescio quas *privatas* scholas Grammaticorum sibi finxit. Sed Catonem et ipsum in Lucilianae poesis monumentis illustrandis esse versatum facile aliquis ex Horatii versibus colligat:

Lucili, quam sis mendosus, teste Catone,
Defensore tuo, pervincam, qui male factos
Emendare parat versus. Hoc lenius ille
Quo melior vir adest, longe subtilior illo,
Qui multum pueros loris et funibus udis
Exhortatur, ut esset, opem qui ferre poetis
Antiquis posset contra fastidia nostra,
Grammaticorum equitum doctissimus.

Cfr. van Heusdii Studia Critica p. 139. et quos ille laudat, Sueton. de Ill. Gr. 4. 11; Düntzer Op. I. p. 249; Iacobs Verm. Schr. V. p. 235 sqq. Lersch Zeitschr. f. Alterth. 1839. p. 342; Barth. Advers. XXXIX. 6. p. 1764.

Praeterea Curtius Nicia Cous Ciceronis familiaris, de Lucilio librum composuisse putandus est, quippe de quo Suetonius de Vir. Illustr. c. 14. haec habet: „Huius de Lucilio libros etiam Satyra comprobat;" ubi haud dubie *Santra* emendandum est, qua de re vide contrarium van Heusdii et Düntzeri iudicium l. l. p. 141. Sed numero in Commentatorum in Lucilium etiam Iulius Florus videtur esse habendus, qui electas ex Ennio, Lucilio, Varrone Satiras edidisse eaque carmina antiquitatis rigore sordibusque abstersis et emendatiora et elegantiora edidisse videtur. cfr. Weichert Poett. Latt. p. 366. et Porphyrion ad Horat. p. 402. Ed. Basil. Sed omnino pluris *Commentariorum in Lucilium scriptores* exstitisse iam Gellius N. A. II. 24. 4; auctor est, cuius haec verba laudantur: in quo

erraverunt quidam Commentariorum in Lucilium scriptores"; quibus num etiam Sinnius Capito adnumerandus sit, quod eius interpretatio vocabuli Luciliani laudatur, perquam dubium est. cfr. van Heusdius l. l. p. 145. Ad hos accesserunt glossematorum scriptores, Opillius Aurelius et fortasse Santra et Tarquitius atque Antonius Gnipho. cfr. v. H. l. l. p. 144.

Ceterum facile credideris Lucilii carmina etiam postea et lecta et a Grammaticis commentata fuisse; quod quidem non ex Iuvenalis verbis S. I. 165. neque ex Gellii testimoniis IV. 17. 1. IX. 14. 11; quae parum recte interpretatus esse V. H. videtur, sed ex innumeris illis seriorum Grammaticorum locis colligo, qui toties eum auctorem laudarunt. Ut enim omittam, quantum Gellius, Macrobius, Censorinus illi tribuerint, ne Nonius quidem tot eius versus servare potuit, nisi etiam tum Lucilii auctoritas magna apud Grammaticos fuisset. Etsi enim multa eiusmodi exempla ex uno Commentario in alterum transiisse putaverim, ita ut neque Nonius Marcellus, neque Priscianus et Isidorus ipsum Lucilium inspexisse iudicandi sint, tamen ipsius Lucilianae poesis studium non intermissum esse videtur, quod inde ab Hadriani aetate hominum doctorum studia ad antiquissima potissimum Latinae poesis monumenta collata sunt. Sed eiusmodi studium frustra in Horatii scholiastis, Acrone et Porphyrione, quaesiveris, qui, quamvis saepius Lucilii mentionem faciant, tamen in iis, ubi de Lucilii carminibus iudicium faciunt, ipsius poetae libros non evolvisse videntur. Quod ut serioribus Grammaticis vel interpolatoribus tribui posse concedam, tamen omnia, quae illis auctoribus traduntur, admodum dubia esse nemo non intelligit. Heusdius quidem l. l. p. 155 diversum Terentii interpretem ab Horatii scholiasta fuisse statuit, sed ne sic quidem omnia huius scholiastae iudicia pro genuinis habenda sunt.

Quorum quidem testimoniorum auctoritas infirmior etiam erit, si, quod Delrius suspicatur, quaedam Lucilii Iunioris perperam Lucilio Satyrico tribuuntur. Quod enim inter reliquias incertorum

librorum nonnulla fragmenta occurrunt, quae et archaismis carent et tersiorem Latinitatem habent, Wernsdorfius, Poett. Lat. min. T. IV. p. 12. iudicavit, ea potius Lucilio Iuniori esse tribuenda. ,,Si quidem Apuleius Florid. IV. equum describens fortem aeque ac rapidum et montes pariter ac campos percurrentem, utitur versu Lucilii: qui campos collesque gradu perlabitur uno; Haec est proprietas maxime equorum Siculorum, ut testatur Grat. Cyneg. vs. 524, et equi Aetnaei habebantur praeceleres, ut observat Cael. Rhodig. Antiq. lect. lib. XXI. 23; quos igitur non tacuisse videtur Lucilius Iunior Procurator, Siciliae in memorabilibus eius provinciae, quae ab eo celebrata versu esse, Seneca testis est. Sic Gellius scribit, Lib. I. c. 3. ,,Hoc profecto nemo ignoravit: etiam priusquam Theognis, ut ait Lucilius, nasceretur;" non video quomodo hoc proverbium in hexametro vel alio versu, quo Lucilius Satyricus scripsit, extare potuerit, sed e prosa oratione alicuius Lucilii sumptum est, qua Iuniorem nonnulla scripsisse, e Seneca intellegimus. Et proferuntur quaedam loca et sententiae Lucilii a veteribus Grammaticis, quae non poetae sed Grammatici vel rhetoris praecepta esse videntur. Talia sunt, quae a Servio ad Aen. IX. 579. a Curio Fortunat. Art. Rhet. lib. III. p. m. 92. et ab Isidoro Orig. lib. I. c. 32. adducuntur. At Lucilium Iuniorem nonnulla prosaica et ad Grammaticam pertinentia scripsisse facile e Senecae epistolis probari potest, quibus et scripta eius laudat, et sermones de rebus Grammaticis cum eo communicat. Haec et alia, quae forte occurrunt, si diligenter notentur, poterit certe nomen Lucilii Iunioris ab obscuritate, qua oppressum adhuc iacuit, vindicari notiusque eruditis reddi, etc." Praeterea et Porphyrione et Fulgentio auctoribus Lucilium nescio quem comoediarum scriptorem commemorant, et poetam epigrammaticum et σκωπτικόν aevo Theodosiano celebrem, cfr. Wernsdorf. in dissert. de poet. Satyr. T. III. P. M. p. XXIV. Quae quidem omnia quam sint infirma ad id, quod Wernsdorfius voluit, probandum, nemo non

intelligit. Grammatica enim, quae commemorantur, Satyricum quoque, quem ille dicit, fuisse persecutum, supra multis exposuimus. Neque Archaismis opus esse, ut fragmentum aliquod Lucilii, Aurunсani poetae, esse credatur, omnes intelligunt, qui vel leviorem Lucilianae orationis notitiam habent. Quod autem est summum, ut concedam Lucilium Iuniorem quoque in Grammaticis fuisse versatum, hoc tamen vix cuiquam persuadebit Wernsdorfius, Iunioris quoque Lucilii eandem apud Grammaticos fuisse auctoritatem quam superioris; quod contra se habet. Quantum enim Lucilio, Saturae conditori, veteres Grammatici tribuerint ex iis, quae supra laudavimus, est manifestum; quare nonnisi errore obscuri Grammatici vel librarii fieri potuit, ut antiquioris et iunioris poetae nomina inter se mutarentur. Quod autem fieri potuisse videtur, id, nisi firmioribus argumentis comprobatum fuerit, non probabile habendum, nedum pro certo ponendum est. Neque plus tribuendum Lucio illi Grammatico, quem nuper Theodorus Bergkius apud Pompeium de barbarismo p. 430. Ed. Lind. invenisse sibi visus est. Ubi, cum adhuc nemo dubitasset, quin Lucilius esset corrigendum, ille nescio quem *Lucium* excogitavit, cui fragmentum Parisinum de schematibus tribuendum esse censuit. Id quod firmatum statuit loco Consentii de barbarismis p. 12. „quale est *septem subiecta trioni* et *conque tubernalem*, quo Lucius in metro crebro utitur." Ex verbis enim *in metro* coniecit, eiusdem auctoris etiam libros exstitisse, pedestri oratione compositos. Quasi obscuri et negligentis Grammatici illaborata oratio tantam vim habere debeat. Denique hoc ei est pro argumento, quod etiam in fragmento tmesis illa, antiquissimis scriptoribus usitata, inveniatur, vs. 9. *peri quam dicunt odos.* 136. *conque gregatio.* 178. *circum illa locutio.*" Cum autem Lucilio hoc schema solemne fuerit, quod compluribus argumentis confirmare non opus est, nonne multo probabilius aliquis coniiciat, ignotum illum Grammaticum Lucilii vestigia pressisse pluraque exempla ex eo petiisse. Iam cum Theodorus Bergkius ipse

apud Cassiodorum de orthographia c. 1. p. 956. in verbis: „*hoc Lucio quoque videtur.*" Lucilio corrigat, quod hoc ex Cornuto sit excerptum, nonne multo maiorem habet probabilitatem, apud illos Grammaticos aut ipsorum erroribus, aut librariorum culpa, nomen *Lucilium* in *Lucium* fuisse corruptum? Sed hac de re penes intelligentes sit iudicium. Equidem nisi firmiora allata fuerint, de Lucilio, cuius tanta apud seriores Grammaticos fuerit auctoritas, nihil derogaverim.

Quamdiu autem Lucilii carmina in manibus hominum doctorum fuerint, vix ad liquidum perduci poterit, et egregie falluntur, qui ex Petrarcae verbis (Son. 154.) hoc efficere posse sibi videntur, etiam tum Lucilium integrum servatum fuisse:

S' io fossi stato fermo a la spelunca
Là, dov' Appollo diventó profeta,
Fiorenza havria fors' oggi il suo poeta,
Non pur Verona, e Mantova, ed Arunca.

Auruncae enim eadem est gloria, sive poetae inde oriundi carmina aetatem tulerunt, sive desiderantur, dummodo nomen eius sit celebratum. Sed lacera poetae fragmenta, quae passim a scriptoribus laudata fuerant, primum collegere Robertus et Henricus Stephani, pater et filius, quorum opera libellus evulgatus est hoc titulo: *Fragmenta poetarum veterum Latinorum, quorum opera non extant;* „Ennii, Accii, Lucilii, Laberii, Pacuvii, Afranii, Naevii, Caecilii aliorumque multorum; Undique a Rob. Stephano summa diligentia olim congesta, nunc autem ab Henrico Stephano, eius filio, digesta et priscarum, quae in illis sunt vocum, expositione illustrata: additis etiam alicubi versibus Graecis, quos interpretantur — Anno MDLXIII. Excudebat Henricus Stephanus, illustris viri Huldrici Fuggeri typographus." Cuius quidem libri exemplum mihi ab Orellio, viro amicissimo, transmissum est, asservatum in bibliotheca Carolina Turicensi. Sed iure Lucilii sospitator habetur Franciscus Iani F. Dousa, qui egregiam, quam in Lucilii

fragmentis conquirendis, disponendis, emendandis, colligendis et illustrandis posuerat operam, hominibus doctis, inprimis Ios. Scaligero probavit. Cuius quidem editio primum Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana Francisci Raphelengii CIƆDIIIC evulgata est: *C. LucilI Suessani Auruncani, Satyrographorum principis, Eq. Romani (qui magnus* avunculus *Magno Pompeio fuit) Satyrarum quae supersunt, reliquiae, Franciscus Iani F. Dousa collegit, disposuit, notas addidit;* quem quidem librum et ipsum ex bibliotheca Carolina Orellii beneficio mihi transmissum, omnium studiorum, quae in Lucilium conferuntur, fundamentum habendum esse puto. Cuius quidem alteram editionem (quae enim editio secunda dicitur Amstelodamensis anni 1661. nil nisi frontis mutatio est, quam lucri studium invenit: solus enim titulus a bibliopola recusus est.) Iosephus Cominus Patavii CIƆDCCXXXV. excudit, Lugduno-Batava auctiorem et emendatiorem; quae quidem Editoris inscriptio est. Addita enim sunt: primum Privilegium Senatus Veneti, tum Ioannis Alberti Fabricii ex bibliotheca Latina de Lucilio, et Casparis Sagitarii atque Petri Criniti de Vita C. Lucilii disputatio. Praeterea Editores Io. Antonius et Caietanus Vulpii Dousae Editionem „summa cum fide ac diligentia typis describendam curaverunt, plurima errata sustulerunt, loca quaedam aut nulla aut obscura sententia restituerunt, numerorum seriem in reliquiis libri XXX. perturbatam correxerunt, quae Dousa in extremo libro addenda posuerat, in sua loca revocaverunt." Ceterum Editores non omnibus promissis steterunt et multo praestantior Dusianae Editionis repetitio, quam S. Havercampius *Censorini libro de die natali* addidit. Notae ipsius auctoris verbis subiectae et index locupletissimus additus est. cfr. Act. Erudit. Lips. Suppl. T. III. p. 63 sqq. Reliquae omnes Editiones fragmentorum nil nisi aut Stephani aut Dusae collectionem repetiverunt; et Stephani quidem expressa est in corpore omnium veterum poetarum Latinorum Ed. Sam. Crinito. Genevae 1603. 4. itidem in D. Heinsii

Editione Horatiana quae primum L. B. 1612. in lucem prodiit, insigniora aliqua Lucilii fragmenta, qualia Rob. Steph. in fragm. Latt. poett. dederat, repetita sunt. Sed Dousae recensionem secuti sunt Maittaire in Opp. et Fragm. vett. poett. Latt. quae Editio primum Londini 1713. tum Hagae Comitum 1721. fol. evulgata est; praeterea Pascalis Amati, in Collectione Pisaurensi; Pisauri 1766. evulgata; Editores Bipontini, in Persii et Iuvenalis Satiris a. 1785. Vindobonensis Editio Persii et Iuvenalis 1804. 8. denique N. L. Achaintre et Perreau in Persii Editionibus 1812 et 1830. quibus fragmenta Lucilii addita sunt. Sed cum nuper in antiquissimae poesis Romanae indolem atque naturam paulo accuratius esset inquisitum, ne Lucilianae quidem poesis reliquiae diutius intactae manserunt, sed indignum visum est, nostram aetatem, in priorum studiis acquiescentem, nihil novi addere ad ea, quae duobus abhinc saeculis et quod excurrit inventa erant atque constituta. Cuius quidem industriae primum documentum sunt Vargesii Quaestiones Lucilianae, quae in Museo Rhenano Philologico III. 1. p. 345. (1835.) insunt, quibus paulo post accessit eiusdem docta Commentatio: „C. Lucilii Satirarum, quae ex libro tertio supersunt" quibus Director Gymnasii, quod Sedini floret, ad publica illius Examina mense Septembri anno MDCCCXXXVI. habenda invitavit. Quatuor annis post accessit altera non minore diligentia et doctrina conscripta Commentatio: C. Lucilii Satirarum fragmenta, quae de libro nono supersunt disposita et illustrata Berolini 1840. 4.; quae quidem et ipsa scriptio est scholiastica auctore I. H. Schmidt, qua anniversaria Gymnasii solemnia indicantur. Iam et Batavi arma sociavere, et in lucem prodierunt I. A. C. Van Heusdii Studia Critica in C. Lucilium poetam; Traiecti ad Rhenum. Qui quidem, ut multa temere coniectavit, ita haud parum ad Lucilianae poesis studium promovendum contulisse putandus est. Neque silentio praetereunda docta V. Clarissimi mihique amicissimi hominis, Carol. Frid. Hermanni, Professoris Goettingensis, de Satirae Romanae auctore

ex sententia Horatii Serm. I. 10. 66. disputatio, quae Marburgi MDCCCXLI. evulgata est; quam vel ii laudant, qui de re, quam tractavit, aliter statuunt. De Lucilii vita et carminibus disputaverunt Augustus Peterman Vratislaviae 1842. 8. et Hermannus Schoenbeck Halis MDCCCLI. de quibus dissertationibus, quid statuam, supra exposui. Praeterea multa utilia de Lucilii vita et carminibus congesserunt homines doctisimi, Lerschius, Duentzerus, Ritterus, Professores Bonnenses, quae et in Museo Rhenano expressa sunt, et in Ephemeridibus Litter. Antiqq. quae nunc auspiciis V. Cl. Theodori Bergk et Iulii Caesaris eduntur. Denique anno MDCCCXLV. Lucilii Editio Parisiis in lucem prodiit: *Satires* de C. Lucilius. Fragments revus, augmentés, traduits et annotés pour la première fois en français par E. F. Corpet. Paris, C. L. F. Panckouke, éditeur. 1845. cuius doctissimum Editorem et versione Gallica et adnotationibus optime de Lucilio meruisse existimo.

Addenda.

Novum fragmentum invenit homo doctissimus, Henr. Duentzer apud Tortillium s. v. *chlaena* cfr. p. 149: *Chlaenam desuper indutam foedavit.*

Aliud apud me omissum est. *Archetypa, unde haec sunt omnia nata.*

Cfr. Atil. Fortunat. p. 353. Ed. Gaisf.: „quod si omnia velis cognoscere et nomina et genera metrorum, quum tibi ab oratore otium fuerit, veteres legemus i. e. ut ait Lucilius etc."

Ad fr. inc. p. 94. 110. „*Efflantque elatis naribus lucem*" animadvertit Serv. Virg. XII. 115. „Ennianus versus est, ordine commutato;" iste enim ait: *funduntque elatis naribus lucem.* Sed Marius Victorinus p. 2472. P. haec ex Lucilio citavit: „*efflantque elatis naribus lucem.*" Itaque Lucilius Graecorum *πῦρ πνέειν* vertere maluit *efflare* quam *effundere* et Virgilius eum secutus est.

„Fortunatus: *Vincenti Hispaniae surgit ab arce decus.* Cuius scansio versus pars est praefati, nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui *Laelium* et *Aemilium* etc. nomina, quae *i* ante *u* habent, non solum in vocativo sed etiam in genitivo casu per unum i scribi posse existimant Beda p. 2375. P.

Lib. XXIX. fr. 1. M. F. Dübner (Revue de Phil. p. 22. Paris 1845.) e Codice admodum recenti ita emendavit et supplevit:

Privabit — igni cum et aqua interdixerit
Duo habet στοιχεῖ': adfuerit anima et corpore.

(γῆ corpus, anima est πνεῦμα) Posterioribus στοιχείοις, si id maluerit, privabit tamen.

Lib. V. fr. 9. hunc versum Ang. Mai Auct. Classic. T. VII. p. 298. e vetere Comment. ad Virg. VIII. v. 406. ita supplevit:

Absterge lacrimas et divos ture precemur

eumque versum Luvinio poetae attribuit, cuius fit mentio apud Martianum Capellam Lib. III. Sed cum reliqua verba Nonio teste Lucilii sint, Maium aut litterarum ductus non satis acute vidisse aut librarium errasse putaverim.

Lib. VIII. fr. 12. hoc fragmentum Nicolaus Perotti Cornucop. Col. 927. vs. 6. ita laudavit: *Gigeria sunt sine aleo, his vescamur alacriter.* quae unde hauserit, num eundem locum intellexerit parum liquet; quae quidem Corpetio accepta refero.

Lib. XVII. fr. 1. ita scribit Maur. Haupt. Philologus, Zeitschrift für das klassische Alterthum, herausgegeb. v. F. W. Schneidewin. Erst. Jahrg. Heft I. MDCCCXLVI. p. 162 sqq.

Num censes καλλίπλοκαμον καλλίσφυρον ullam
Non licitum esse uterum atque etiam inguina tangere
mammis?
Tyro eupatereiam aliquam rem insignem habuisse,
Verrucam, naevum pictum, dentem eminulum unum?
Compernem aut varam fuisse Ἀμφιτρύωνος ἄκοιτιν

Alcmenam atque Ariadnam? Helenam ipsam denique — nolo
Dicere, tute vide, atque dissyllabon elige quodvis.

et *nunc* quidem atque *ullam* iam Mercerius correxit, quod in textum recepit Hauptius, nescio quibus rationibus ductus. Neque enim ulla est necessitas, neque, quam ille iactat, elegantia augetur. Sed videsis hominis acumen? quod Lucilius Homeri vestigia pressit, eundem quoque ordinem illum in enumerandis personis secutum esse, statuendum est. Itaque sextum et septimum versum tertio et quarto loco posuit. Praeterea offendit *alias* non in orationis fine positum, emenda igitur: *Ariadnam,* cuius et ipsius apud Homerum fit mentio. Sed *Ledam ipsam denique* multo minus dici potuit, quod Helena omnium pulcherrima est. Duo igitur nova nomina reponenda. *Ariadna* et *Helena,* versuum ordo mutandus, totius loci lectio melius constituenda. Haec est illa iudicii ratio, quam secutus Hofmannus Perlkampius Horatium corrupit et plurima apud Virgilium suspecta habuit; quam homines, qui ingeniosi dicuntur vel sibi esse videntur, non tum veritatis studio amplectuntur, sed quod vanae gloriolae indulgent. Quae quam prope absit a puerili quadam insolentia atque petulantia facile est videre, *Horatiana* illa, quae eodem libro sequuntur, paulo accuratius examinantibus. Sed hac de re plura alias. Quibus ex coniecturis ut non ita multum me profecisse ingenue profiteor, ita valde molestum mihi fuit, quod non prius in meas manus venerit liber, qui nuper evulgatus est. *Origenes poesis Romanae scripsit Dr. W. Corssen. Berolini* 1846. qui cum idem fere argumentum, cuius ego partem obiter attigi, accuratius diligentiusque tractaverit, de Carminibus convivalibus, de Fescenninis versibus, de Satura antiqua, de fabulis Atellanis, de didacticae poesis vestigiis et de versu egerit Saturnio, facile est ad intelligendum, multa me aliter disputaturum aut enuntiaturum fuisse, si de illo libro edito prius cognovissem. Sed de quibus inter nos convenit rebus, eae duorum

hominum consensu firmiores etiam esse videbuntur; ubi autem utriusque discrepat ratio, de his paulo fusius disputandi locum non ita multo post mihi datum iri, habeo mihi persuassimum. Quare qui hac de re quid ipse sentiam edoceri cupiunt, eos ad meam de Lucilio disputationem, quae, vernacula lingua conscripta, propediem iterum prelis subiicietur, relegatos volo.



C. LUCILII

SATURARUM RELIQUIAE.

LIB. I.

1. Consilium summis hominum de rebus habebant.

2. Vellem cum primis, fieri si forte potisset,
Vellem concilio vestrum, quod dicitis, olim
Vellem, Coelicolae! vestrum adfuisse priori
Concilio.

Adnotatio critica.

LIB. I.

Servius in Aen. X. vs. 104. *accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.* „totus hic locus de primo Lucilii translatus est, ubi inducuntur dii habere concilium et agere primo de interitu Lupi, cuiusdam ducis (*iudicis rei* alia lectio) in republica, postea sententias dicere. Sed hoc quod erat indignum heroico carmine, mutavit Virgilius etc."

1. Serv. in Virg. Aen. IX. 227. „Lucilii versus est, uno tantum sermone mutato. Nam ille ait: *consilium* (concilium Hav.) *summis* etc."

2. Iul. Rufin. de fig. sentent. Ed. Capperonn. p. 35. et ex incertis fr. 58 quod cum hoc iungendum esse bene viderunt Dusa et Scaliger. Haec enim verba initium orationis fuisse, docet Pseudo-Asconius p. 116. Ed. Bait.: incipiebant autem veteres, ut Virgilius ostendit, aut ab invocatione deorum quale est: *praefatus divos solio rex infit ab alto* aut a reprehensione superioris temporis, ut ait Lucilius etc. *potisset* coniectura Ios. Merc. satis confirmata est alio fr. Luc. ap. Non. p. 330 et 339 ubi ita corrigendum est. Scaligeri igitur coniectura: *fors potuisset* non opus est. *perisse* MS. *potisset* Princ. Berald. Ald. apud Iul. Rufin. sola haec leguntur: „vel concilio vestrum, quod dicitis olim caelicolae adfuissemus priori concilio" quae quidem, ut saepius, e memoria laudata et male exarata bene restituit Dusa, nisi quod in 3 versu rectius *vellem* initio ponitur, ut idem verbum ter se excipiat; praeterea cum Scaligero *vestrum* pro *inquam* — scripsi, quod idem rhythmus postulat. Denique *adfuisemus* non admittendum esse duxi, quia Singularis antecessit. *vestrum,* quod Scal. reposuit, toti orationi melius convenit. de quantitate Syllabae *fu.*

3. Ut nemo sit nostrum, quin pater optimu' Divum,
Ut Neptunu' pater, Liber, Saturnu', pater Mars,
Ianu' Quirinu' pater nomen dicatur ad unum.

4. Tubulus si Lucius unquam
Si Lupus aut Carbo, Neptuni filius, Divos
Esse putasset, tam periurus et impius' ille
Fuisset.

5. Quo pacto populum atque urbem servare potisset
Ampliu' Romanam.

---

cfr. Cic. de Or. III. 42. 168. et Prisc. IX. 2. 12. p. 480. Enn. ap. Gell. N. A. XII. 4. 4.

3. Lactant. Inst. Div. IV. 3. Omnem deum, qui ab homine colitur, necesse est inter solemnes ritus et precationes patrem nuncupari, non tantum honoris gratia verum etiam rationis; quod et antiquior est homine, et quod vitam, salutem victumque praestat ut pater. Itaque et Iupiter a precantibus pater vocatur et Saturnus, Ianus et Liber et caeteri deinceps, quod Lucilius in deorum concilio irridet. *quin* pater Angl. Goth. Reim. Parrh. Ald. et recentt. *quin aut p.* Ven. 1471. 72. Paris. 78. *quin et p.* Ven. 1493. 97. *pater sic et hoc dic.* Goth. Reim. Rost. Ven. *pater sic hoc d.* Paris. 1513. *p. et h. dicitur vel dicat* Lips. alter. *sic et homo dicatur* Lips. tert. *omnes dicamur* Voss. Theol. Gent. L. II. c. 16. Fr. Dusa et Seldenus de diis Syris synt. II.

4. Cic. de N. D. 1. 23. 63. quid de sacrilegis quid de impiis periurisque dicemus

Tubulus si Lucius unquam
Si Lupus aut Carbo, Neptuni filius, ut ait Lucilius, putasset esse deos, tam perurius' aut tam impurus fuisset. — ,,*Esse putasset tam impius aut periuru' fuisset*" ita puto scripsisse Lucilium vel potius — ,,*ullos Divos esse putavisset sic impius unquam Aut periuru' fuisset*" Fr. Dusa. ap. Cic. pro *impurus* quod Codd. tuentur, in Edd. Petri Marci, Manutiana 1555. et Lamb. 1566. legitur: *impius.*

De C, Hostilio Tubulo cfr. Orellii On. p. 293. Lupus Orellio, esse videtur L. Cornelius Lentulus Lupus consul a. 597. nam P. Rutilius Lupus cons. 664. quem putat Schol. Hor. Cruq. ad Hor. Serm. II. 1, 68. et Ernestius, esse nequit, quod Lucilius 552, et inprimis quod Scipio Africanus quinquaginta annis ante hunc consulem mortuus est. Porphyrione auctore Lupus princeps senatus fuit.

Carbonem quod attinet., haud dubie L. Papirius Carbo, C. Gracchi socius et amicus intelligendus est, qui cur Neptuni filius audiat, ex Auli Gellii verbis explicandum est XV. 21. ,,ferocissimos et immanes et alienos ab omni humanitate tanquam e mari genitos, Neptuni filios dixerunt."

5. Charis. II. p. 115. Ed. Lind. *pactum* Cod. Ed. pr. *pacto* unice verum. *potissit* P. C. *potis sint* ci. Dusa, cfr. Virg. Interpp. ab Angelo Maio editi p. 72.

6. Ut multos mensesque diesque
Non tamen aetatem et tempestatem hanc scelerosi
mirentur.

7. Haec ubi dicta dedit, pausam facit ore loquendi,

8. Nec si Carneaden ipsum Orcu' remittat.

9. Per Satiram Aedilem factum, qui legibu' solvat.

10. Cui, si conjuret populus, vix totu' satis sit.

11. Munu' tamen fungi et muros servare potissent.

12. Si non amplius, ad lustrum hoc protolleret unum.

13. Ad coenam adducam et primum hisce abdomina thynni
Advenientibu' priva dabo, cephaleaque ἀχάρνης.

---

ubi hic versus fortasse rectius ita legitur: *quo populum adque urbem pacto servare potisset*.

6. Compositum ex Donat. in Ter. Eunuch. IV. 5. 8. et ex Nonio p. 119. quod Dusa coniectura corrupit : *tempestate hac...laetentur* nos legere iubens; quod pessimum est. *non vim aet.* ante I.

7. Non. p. 108. *facit*, quod ante Merc. interpositum erat, Codd. ignorant; sed recte coniectum censeo cfr. Varro L. L. VI. 5. et Plaut. Poen. II. 1. 2.

8. Lactant. Instit. Div. V. 14. „Carneades, Academicae sectae philosophus, cuius in disserendo quae vis fuerit, quae eloquentia, quod acumen, qui nescit, ipsum ex praedicatione Ciceronis intelligit aut Lucilii, apud quem disserens Neptunus de re difficilima, ostendit non posse id explicari nec si Carneaden ipsum Orcus remittat." Dusa, ut versum expleret, *ad nos* interposuit; sed hoc temerarie factum iudico.

9. Diomed. de poesi fol. h. Ed. 1498 per Iac. Zachon. „Alii autem dictum putant saturam a lege satyra, quae uno rogatu multa simul comprehendit, quod scilicet et satyra carmina multa simul poemata comprehendant cuius legis Lucilius meminit in primo : *per satyram aedilem factum qui legibu' solvat*.

10. Charis. II. p. 129. Ed. Lind. *satis* diverse accipitur ἀντὶ τοῦ par; Lucilius saturarum; libri primi vota non adscriptà, sed ad eum referendum esse censuit I. Dusa, ut de Lupo rerum potiente hoc dictum sit.

11. Non. p. 339. a. *possint* Cod. *potissent* IM. D. *potessint* V. I. ap. D.

12. Non. p. 109. *iustrum* in libris corrupte; *lustrum* A. I. M.

13. Non. p. 109. *abducam* ci. Dusa uterque. *abdomina thynni* 1526. IM. sic et Gellius X. 20. apud quam haec lectionis varietas : *Acarne, atarne, cephalaeaque carne, cephalaeamque carnem. carnem et cephalaeam* emend. Turn. Adv. 14. 8. cfr. 21. 21. qui *atarnae* in MS. legit. cfr. Pricaeus ad Appul. Apol. p. 104. sed haud dubie *cephalaeaque* ἀχάρνης scribendum est; num ἀχάρνη vel ἄχαρνος nomen piscis. cephalaea sunt partes praecipuae vel ipsius capitis partes, si quidem in hoc pisce laudatae erunt. cfr. Plin. N. H. XXXII. fin. Hesychius s. v. ἀχάρνα et Athenaeus VII. 9. p. 286.

14. Porro quaecunque et cuicunque, ut diximus ante,
Obstiterit, promo haec minuenda, refert, res.
15. ut contendere possem
Thestiados Ledae atque Ἰξιονίης ἀλόχοιο.
16. Has res ad te scriptas Luci, misimus Aeli!
17. Serpere uti gangraena mala atque herpes ita posset.
18. Vultus item ut facies, mors, icteru' morbu' venenum.
19. Infamam, inhonestam, turpemque odisse popinam.
20. Praetextae ac tunicae, Lydorum opu' sordidum id omne.
21. Psilae atque amphitapæ villis ingentibu' molles.
22. Irritata canes, quam homo, quam planius dicit.

---

ubi ex Calliae Cyclopibus haec laudantur ϑύννουτε κεφαλαῖον τοδε — Λιvεὸς ἄχαρνος οὗτοσι, quem locum Lucilius expressisse videtur. sed fortasse erit, qui potius *calvaria pinguia Acharnae* apud Ennium (sic enim legendum esse probabile est) Lucilium spectasse statuat cfr. Ennii Fragm. Ed. Hesselio p. 158.

15. Non. p. 341 *primo hic* Ed. princ. *promo hoc* W. marg. I. M. *minuendo* ci. Scal. *reque res* ci. Gifan. M. *promo haec minuenda, refert, res* scribendum esse censeo.

15. Non. p. 176. *Thestiadas* A. prob. Dusa. *Thestiados Ledae esiones atque Algolochaeo* i., e. partu torminoso ci. Turn. 29. 10. ἀρχολοχείῳ mg. I. Ἰξιονίης ἀλόχοιο ci. Merc ex Il. XIV. 317—327. Merceri coniecturam veram puto et supplendum esse putaverim *coitum* vel tale quid. haec verba Iovis esse videntur, de Iunonis pulchritudine loquentis, qua in re Iovis libidinem irrisit poeta, Homerum auctorem secutus, qui et ipse illum Ledam et Ixionis uxorem praedicantem inducit.

16. cfr. Auct. ad Herenn. IV. 12. 28; quo in vitio (in verborum transiectione) Lucilius est assiduus.

17. Non. p. 81. *mula* ci. Dusa. *ad quem herp.* L. A. I. *herpestica*, quod priores Editt. habent, vox incerta. *herpes ita* Hadr. Iun. hoc restituendum. de hoc morbo cfr. Cels. V. 28. 3.

18. Non. p. 289. *mors citer* Cod. *atra* Ed. princ. *citra* rell. Edd. ante A. *icteru'* ci. Scal. quod probandum.

19. Non. p. 110. *infamam* Codd. M. *inhonestam* ci. I. idque reponendum. de duplici forma cfr. *sublima, gracila indecoris et indecorus imberbus* ap. Non. c. VIII.

20. Non. p. 367. *sordidum omne* Codd. *et* ci. I. *sordidulum* ci. I. Dusa. *id omne* alii ap. D. recte.

21. Non. p. 370. ap. Isidorum XIX. c. 26. scribitur *siplae atque amphitapae.*" errore ipsius Isidori ut Lindemanno videtur. sed optimus liber veram lectionem tuetur.

22. Non. p. 21. et Don. ad Ter. Adelph, II. 4. 18. *cane* Codd. *canes* Charis. lib. I. p. 83. idem coni. Scal. p. 71. sed idem falso: *quod, homo quam.* contra Turn.

23. Nodum in scirpo insane facere vulgus.
24. Et mercede merent legiones.
25. Miracla cient, elefantes.
26. Arutaenae quae et aquales.
27. Vulturius.
28. Stulte saltatum te inter venisse cinaedos.
29. [O curas hominum! quantum est in rebus inane!]

---

29. 17. recte *quam* defendit, sed perperam *canis* legi iussit.

23. Don. in Ter. Andr. V. 4. 38. *in scirpo nodum tum insane quaerere vulgus* ita perperam F. Dusa. *facere* enim retinendum, cum quod versuum genus sit, ex hoc fragmento intelligi non possit, et *nodum in scirpo facere* non minus recte dicatur quam *quaerere*. Denique si error est, ipsius Donati est.

24. Non. p. 236. ita recte emendavit I. Dusa. nam quod est in libris: *meret religiones*, Latinum esse nego. ceterum, ut hoc obiter moneam, apud Nonium verba: *et ob mercedem laborem vel infamiam corporis locat* non Varronis esse puto sed Nonii; nam a Varronis loco plane aliena sunt; sed si Nonii esse statuis, egregie locorum, quae sequuntur, sensum indicant.

25. Non. p. 357. *miracla ciet telefantis* Codd. L. M. 2. *cient elef.* ci. I. M. depravatio ex duplicata littera t. orta.

26. Charis. p. 68. *arutaenas et aquales* ita F. Dusa emendavit. in Ed. principe *arutae ne inquit aquales* in Fabr. P. *arutae neque i. a.*; Lindemannus e Codice: *apud te neque inquit aquales* edidit. sed primum hoc *inquit* non Lucilii sed Charisii est, tum in universum supervacaneum, quippe quod adscribi non soleat; deinde facile ex *naeque*, *et* oriri potuit. de *arutaena* sive *artena* cfr. Festus et interpp. ad enim locum: *arutaenae quae et aquales* de mea coniectura. ... *tenaeque et* ci. Lind.

27. Charis. p. 55.

28. Non. p. 3. Dusa ex lib. II. laudavit. (fr. 10.)

29. Schol. ad Pers. Sat. 1. 2. „quis leget haec. hunc versum de Lucilii primo transtulit" sed rectius hoc ad primum versum esse referendum viderunt G. Pinzgerus Ien. Litt. Zeit. 1833. H. 77. p. 130 et Plumius p. 48. testantur ipsius Schol. verba: *et humanae vitae vitia increpans, ab admiratione incipit;* praeterea hoc versu optime genus scribendi significavit.

LIB. II.

1. Quem illi cum vidissent Hortensius Postumiusque.
Ceteri item in capulo hunc non esse aliumque cubare.

2. Hostilius contra
Pestem perniciemque catax quam et Manlius nobis,

3. Quae horis sublata duabus
Omnia sunt sole occaso obductoque tenebris.

4. Iniuriatum hunc in fauces invasse animamque
Elisisse illi.

5. En nunc nomen: iam quae ex testibus ipse rogando
Exculpo, haec dicam.

6. Quae [ego] nunc Aemilio praecanto atque exigo et excanto.

7. Non dico; vincat licet et vagus exulet, erret
Exlex.

8. Nunc praetor tuus est; meus, si decesserit homo
Gentilis.

LIB. II.

1. Non. p. 3. Ms. *quem illi*: Dusa coniecit. *quem cum ibi*; vulgo *quem cum*. fortasse: *quid? cum*.

2. Non. p. 16. cfr. p. 148. *hostilibus* Codd. *hostibus* ci. Dusa. *Hostilius* ex mea coniectura.

3. Priscian. Lib. IX. c. 9. p. 464. K. *ductoque* Cod. *obd. tenebris* ci. F. Dusa.

4. Non. p. 200. *Iniuriatum — invasse* Codd. *imparatum* ci. Merc. Mur. V. L. XVIII. 14. *In viriatum hunc* Scal. ad Festum p. 199. *inviriatum* ms. palat. prob. Gebhard. p. 62. *invassisse* ci. I. *involasse* A. I. cfr. Non. p. 127. u. 6. ubi idem restituendum esse videtur.

5. Non. p. 71. a. *nunc nomen iamque* Codd. *En* — et *iam quae* ex coniectura mea. *Nunc Nomentani* ci. Scaliger; de qua coniectura Dusa: „insane bene Ios. Sc. totum versum ita constituit" et postea laudat Schol. ad Hor. S. II. 1. 22. „nomina sunt luxuriosorum, quos etiam in priore libro Lucilius carpsit." Sed eiusmodi hominis quinam testes intelligentur? Talibus non non hic locus est. *exculpi* Dusa: *edicam* al. ap. D.

6. Non. p. 71. *exigo quaeque* Fr. Dusa. *ego* delendum.

7. Non. p. 6.

8. Don. in Ter. Andr. V. 6. 12. ex septimo laudat MS. Holst. et Lindenbrog. Fortasse huc pertinuerint Appuleii verba, emendante eruditissimo Casaubono: Equidem L. Lucilium, quanquam sit Iambicus, tamen improbarim, quod Gentilem et Macedonem pueros directis nominibus

9. Si
Natibus natricem impressit crassam et capitatam.
10. Succusatoris taetri tardique caballi.
11. Homo impuratus et impuno et rapister.
12. *Χειροδύται* aurati, ricæ, *Ͽωράκια,* mitræ.
13. Quid dicis? Cur est factum? quod coicis istuc?
14. Qui te, Nomentane! malum iam caetera perdat!
15. Tum ferta omnia sum circumlatus.
16. In bulgam penetrare pilosam.
17. Vix vivo homini ac monogrammo.
18. Ut iure peritus.
19. Duceret has greges.
20. Nam quid Moetino subjectoque huic opus signo

---

carmine suo prostituerit. cfr. Lib. VIII. hic est Macedo etc. cfr. Appuleii Ed. Elmenhorst. p. 279. lin. 29. sqq.

9. Non. p. 47.

10. Non. p. 61. cfr. p. 9. ubi ex lib. IV. *succusatorisque tardi rarique caballi* laudatur. nostro loco *succusatori* Cod. *succusatoris* I. M.

11. Non. p. 89. „h. impuratus et impuno est rapister" *impuno impune* mg. W. *impune — impudenter* ci. I. *impudo* alii ap. Bentin. *est rapinator* ci. Bentin. mg. I. et *rapinator* M. cfr. Non. p. 114. *homo impudicus et impune est rapinator.* sed cum uterque locus ex Lib. II. sit, et verba ita similia, ut vix statui possit, bis fere idem dixisse Lucilium, alter locus ex altero supplendus et corrigendus est. *rapister* formatum ut *magister, sequester* et adiectiva *pulustèr, silvester* nil habet, in quo offendas, nisi quod metrum non quadrare videtur; sed ne hoc quidem satis certum.

12. Non. p. 369. *hrodyty* L. *hyodyty* W. *roditi* ms. basil. *richuliti* 1480. *hypodyti* (*ὑποδύται*) ci. Lud. Ferd. Schmidt. *auraticae* mg. W. *ricae et oraria* ci. Carrio. prob. Fr. Dusa M. ricae thoracia ci. Roth. *χειροδύται* ci. Gerl. quod idem, quod *χειρὶς* significare statuo. *thoracia* vix locum habere posse putaverim, cum vestes muliebres enumerentur; sed fortasse *thoracium* idem quod *fasciae.*

13. Non. p. 183. quo... istud? ci. Scal.

14. Don. ad Ter. Phorm. I. 2. 73. „qui *utinam* est, ut Lucilius in secundo: qui te momentane etc." Dusa suspicatus est: *iam querquera perdat.*

15. Non. p. 178. *facta* G. *facta omnia* B. *cum ferto* ci. Dusa. *farto* I. *circumlata* I. Dusa. *circulata* A. *tum facto* Cod. W. L. *ferta omnia* legendum puto ex analogia loci Virgiliani A. VI. 229. *Idem ter socios pura circumtulit unda.*

16. Non. p. 127. *vulga* Codd. Non. explicat: *sinus cum laxitate.*

17. Non. p. 25. *vix vino* Cd. *homine* Dusa.

18. Charis. p. 45. L.

19. Charis. p. 51. L. *ducere* Cod. Haverc.

20. Non. Marc. p. 6. Ed. nostr. *Moetino* forma vulgaris ut videtur pro *Mu-*

Ut lurcharetur lardum et carnaria furtim conficeret.

21. Noctilucam.

22. Lustratus piatus.

23. Fandum atque auditum iter ab imo fl....

---

tuno sive *Mutino*. *fartim parum conf*. Codd. lectio. sed recte Cod. Montp. *parum* omittit, quod ex prava scriptura vocis autecedentis ortum esse videtur. ex *fartim* enim, quod corrupte in Codd. pro *furtim* legitur *partim*, *parum*, *patrum* ortum et a librariis utrumque retentum est.. De Mutino cfr. Fest. p. 154 Ed. OM. unde patet nomen *Mutinum Titinum* fuisse. Apud Augustin. de Civ. dei IV. II. verba : „ipse sit Mutunus vel Tutunus“ magnam exhibent lectionis varietatem, Vive et Benedictinis testibus. Apud Arnobium IV. II. *Mutuno* et *Tutuno* coniectura restituta sunt. De re cfr. Salmasius Exercitt. Plinianae ad Solinum c. XXIV. p. 219. qui *Mutinus* a graeco *μύττος* sive *μύττων* i. e. *γυναικεῖον* derivat. et *Tustunus* a *πόσθη* et *πόσθων* aeolice *πόθθων*, unde Latine et *Puttunus* et *Tuttunus*; nam P et T et Aeolos et veteres Latinos invicem inter se permutasse; de qua re cfr. Schneider de Elem. L. L. I. p. 321. et qui ibi laudantur.

Muttinus Tuttinus haud dubie nomen erat *πριαπῶδες*, cuius natura ut significaretur, virilium et muliebrium pudendorum appellatio in unum erat confusa: sed falsum Salmasii est iudicium, utriusque sexus pudenda eidem simulacro fuisse adiuncta, et in eodem sacello culta fuisse. cfr. Augustin. de Civ. Div. IV. 7. „Etiamne Tutunus, cuius immanibus pudendis horrentique fascino vestras inequitare matronas et auspicabile ducitis et optatis.“ Sed utraque pudenda ad arcendum fascinum in usu fuisse facile crediderim: unde Glossae veteres. „Mutonium *προβοσκάντιον ὡς Λουκίλλιος*.“ Haec Etymologia magis utique probanda, quam eorum opinio, qui haec vocabula a *meo* et *tuo* ficta esse arbitrantur, quae amantes inter complexus usurpaverint. Neque pluris habenda, quae Ianus Gulielmus Verisim. I. 23. disputat, qui vocabulum *muto* duobus aliis Lucilii locis obtrudere cupit. cfr. Orellius ad Arnobium IV. 7. et Bunemannus ad Lactantii Lib. I. c. 20. §. 36. Apud Dusam hoc fragmentum libro IV. adscribitur.

21. Fest. p. 175. *noctilugam* Paulus. *noctilucam* Ursinus. „Lucilius cum dicit, obscaenum significat.“ sed cum huic vobulo vix obscaeni quidquam insit, cfr. Varro L. L. V. §. 68. *Noctipugam* probatilius iudicat Salmasius Exerc. Plin. p. 70. col. 2. d. adductis etiam glossis Palatinis, quas apud se habere affirmat, *noctipugam obscaenum* quod quasi *noctibus compungat*. Scal. noctilugam intellexerat avem mali omninis noctu lugentem Coni. Varr. p. 26. 8. quis autem est, qui dicat, quid in hoc nomine secutus sit Lucilius? Fortasse ita puellam dixit, quod noctu lucerna suspensa scortatoribus domum indicaret, vel ipsum cunnum hoc nomine dixit, figuram significans, aut quia luminis instar noctu moechis est. cfr. Hor. S. II. 7. 48.

22. Non. p. 229.

23. Virg. Interpp. vett. ab Angelo Maio editi p. 25. ad tertium librum hoc retulit

24. Vivite lurcones, comedones, vivite ventres

25. Per inhospita tesqua vagantem
Rerum animo sequitur captarum gratia maior.

LIB. III.

1. bis quina octogena videbis
Commoda; item Capua quinquaginta atque ducenta.

2. Ad portum mille a porta est; exinde Sallernum.

Varges et *fandum* — *auditum* imo *ab fluvio* correxit. *am* utroque loco Codd. corrigo: Fandum atque auditum est itiner tibi
flumine ab imo
cfr. Non. p. 328. Ed. n. ubi forma *itiner* multis Plauti, Varronis, Accii, Manilii locis confirmatur. Lucilius quidem alias *iter* tuetur cfr. Lib. VIII. 7. *Si omne iter evadit* etc. de sensu cfr. Sic. Ital. X. 184. Si Porsena fando auditus tibi etc.

24. Don. ad Terent. Phorm. V. 7. 95. Lucillius in secundo. eundem locum Nonius Marcellus p. 6. a. laudat ex lib. V. sed probabiliter coniectum est, numeri signum ex sequenti *Vivite* ortum esse.

25. Barth. Advers. XV. 9. ad Hor. Ep. I. 14. 19. in Cod. interpretatio est vocis *tesqua* cum exemplo ex Lucilii lib. II. tesqua loca inutilia, quae subigi non possunt; loquitur in villicum Lucilius in II. cfr. Varro L. L. VII. 10—12. Fest. s. v. *tesqua*.

LIB. III.

Porphyr. ad Horatii Satir. I. 5: Lucilium hac satira aemulatur Horatius, iter suum a Roma usque Brundusium describens; quod et ille in III. libro fecit; primo a Roma Capuam usque et inde fretum Siciliense idem ad Hor. sat. I. 10. *nil comis tragici mutat Lucilius Acci.* Comis autem Lucilius propter urbanitatem dicitur et mutat pro eo, quod emendat, positum est, facit autem Lucilius tum alias, tum vel in tertio libro et nono vel decimo.

1. Non. p. 182. Cod. *quin oct.....te Cap.* — *quina* ut facilis ita necessaria est coniectura. *item* emend. Varges pro *te*, quod et loci sententiae convenire videtur, et facile depravari potuit cfr. Fea in Hor. Epp. II. 1. 226. Scal. et Dusa coni. *millia porro bis* — *de C.* Hinc. — *atque bis octo* sed *bis quin octoginta* A. I. Mediol. Iun. Mai. *octoginta comm.* i. octoginta sestercia Voss. Aristarch. 204. Lucilius *Vis qui in octogena videbis. commodate capi quinquaginta* quod absurdum est. Ceterum non satis constat, quorum locorum intervalla his verbis Lucilius notaverit.

2. Macrob. Saturn. I. c. 5. p. 124. Ed. Zeune. Gell. I. 16. *portam* Macrob. Edd. vett. *portum* Gell. Codd. Guelf. ci. Carrio. *a Paesto est* I. Gronov. ex priscis Edd. portum intelligit Alburnum propinquiorem Paesto, et longinquiorem a Salerno, ita ut qui a Paesto Salernum petebant, aut ipsum portum Alburnum transire deberent aut propter illum; sed Varges Pompeios intelligit, quam urbem non in ipso maris littore situm fuisse docet. cfr. p. 8.

3. Inde Dicaearcheum populos Delumque minorem.

4. Campana Capua.

5. Longe tria millia passuum.

6. Verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt:
Susque et deque fuere — inquam — omnia ludu' iocusque
Illud opus durum, ut Setinum accessimu' finem:
'Αιγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

7. Praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

8. Porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos,
Collisere omnes.

9. Mantica cantari costas gravitate premebat.

Sed equidem ipsum Salernum intelligam et recepta lectione *exinde* pro *sexinde* intervallum inter castellum et portum Salernitanum significatum esse statuo cfr. Liv. XXXIV. 45. et Strabo V. fin. qui, illud a mari remotum esse. auctor est Σάλερνον — μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης. *portum Salernum* dictum ut: ostium Eridanum Plin. III. 16.

3. Paul. ap. Fest. p. 122. Ed. OM. numero libri non adscripto, sed recte hunc v. tertio adscribi res ipsa docet. *Dicaearcheum* e Graeco Δικαιαρχέων OM. ortum putat et extremas syllabas eadem synizesi contraxisse, quae in *deum* saepissime observatur. *Delumque. que* est explicativum cfr. Hor. Sat. II. 1. 37. sed. hic versus spirat aliquid Epicum. confert Varg. Virg. A. 3. 330. Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva. id. 6. 892.; per Graium populos mediaeque per Elidis urbem. 6. 892.; Laurentisque dicet populos urbemque Latini. fortasse Lucilius Ennii sequipedalia verba irrisit.

4. Porphyr. ad Hor. S. 1. 6. 68. *ac mala lustra.* sic dicitur a Plauto: *Athenis Atticis.* Est igitur notissima illa Capua, ubi in medio relinquitur, virtutes au vitia illius loci auctor notare voluerit. Ceterum Varges hunc versum huic libro adnumeravit, quod in hoc itinere Lucilium et Capuam transiisse et ibi per aliquod tempus commoratum esse iidem scholiastae confirmant.

5. Charis. p. 120. *longe* pro longitudine.

6. Aul. Gell. XVI. 9. in secundo versu *et* improbat Varges. *haec* emendavit Dusa, sed perperam; et apud Lucilium productionem syllabae etiam in thesi ferri posse non negaverim; sed *et* causa non satis idonea reiecit V. neque *fines* pro *finem* admittendum; in quarto versu Αιγίλιποι lectionem unice veram esse puto, quum quae V. contra hanc vocem disputat, omnia vana, nisi quod bene vidit ἀιγίλιπος non a λείπω sed a λίπτω esse derivandum. vide varietatem lectionis ap. Gell. Ed. Lion. et Varges. p. 15. de Setia, urbe in montium iugo iuxta Pomptinos campos sita cfr. Martialis IV. 64. et XIII. 112. ubi pendula vocatur.

7. Non. p. 333. a. Varges. falso: *hoc iter,* quod nos dedimus, est ex Codd.

8. Fest. p. 258. Ed. OM. *colligere* lectio Codd. *collisere* ci. Scaliger.

9. Porphyr. ad Hor. S. 1. 6. 106.

10. [Et] promontorium remis superamus Minervae.

11. Quattuor hinc Silari ad flumen portumque Alburnum.

12. Hinc media remis Palinurum pervenio nox.

13. Et saepe quod ante
Optasti, freta Messanae et Rhegina videbis
Moenia tum Liparas Faceliti' et templa Dianae.

14. Tertius hic mali superat et carchesia summa.

15. Viamque
Degrumaberis ut castris mensor facit olim.

16. Et spatium curando [in] corpore honestum sumemus

17. Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.

---

10. Serv. ad Virg. Aen. 1. 244; cfr. Tac. Ann. IV. 67. *Et* libri ignorant. ad versum explendum Dusa excogitavit *promontori olum,* Scaliger: *promontori imum,* sed si duae extremae syllabae in unam coalescunt ut ap. Ovid. Met. XV. 709. Inde legit Capreas promontoriumque Minervae, sufficit *Et* anteponere. numerus libri non adscriptus; sed fr. huic libro convenire recte iudicavit D.

11. Probus ad Virg. Georg. III. 146. cfr. Cluv. in It. ant. 1254. „portus Alburnus haud dubie eodem fuit situ, ubi nunc est traiectus inferior fluminis III. circiter millia a mari; quippe in laeva amnis ripa veteris sive templi sive castelli ruinae etiam nunc vulgari vocabulo incolis dicuntur *Alfurno.*" neque hic ulla numeri nota.

12. Serv. ad Aen. X. 245.

13. Probus ad Virg. Bucol. initio. *tum Liparam et Fasceliti t. D.* Dusa. *t. Liparam et Facelilis t. D.* Munker. in Anton. Lib. c. 27. *Liparam et Phacelinae* Forcel. thes. v. *Fascelis* et Schneidewin de Diana Phacelitide p. 22. tum *Liparas Facelinae templa Dianae* Hein. in Don. Vita Virg. §. 85. ap. Servium ad Virg. Aen. II. 116. haec varietas lectionis notata est: *faceris, facelis, facilis, facilidis.* Olim conieceram *Phaselides* ut aut intelligeretur *mari advecta* aut ab urbe Lyciae Phaselide adducta, quod Dianae cultum et Apollinis iisdem fere in locis celebratum fertur; sed nunc scholiastarum auctoritati tantum tribuo, ut eos aliquid legisse putem, quod a φάκελον et *fascis* non plane abhorreat. de Genitivo *Phacelitis* vel *Facelitis* pro *Phacelitidos* cfr. *Memphitis Maeotis* ap. Schneid. de Form. L. L. p. 197. sqq.

14. Non. p. 374. *tertio* MS. Basil. et Ed. 1480. etsi igitur numeri nota nulla exstat, tamen locum ab hoc libro non seiunxerim.

15. Non. p. 44. *viam quae.* W. L. *degrumavis* Ed. Venet. et Turn. Adv. XXIX. 19. *degrumabis* ci. M. 2. *degrumari vis* A. Merc. 1. Dusa et Scal. in Fest. p. 444, *degrumarier* I. Dusa. *degrumaris ut in* Merula ap. D. et Perottus in Cornuc. p. 588. Equidem *degrumaberis* emendavi, quod forma deponentis analogiae convenit et omnibus difficultatibus sublatis loci sanitatem restituit.

16. Non. p. 269. corpore Codd. *corpori* Dusa.

17. Non. p. 146 b.

18. Asparagi nulli.

19. Ergo
E somno pueros cum mane expergitus clamo.

20. Cernuus ex templo plantas convestit honestas.

21. Bronchus novit lanius; dente adverso eminulo hic est.
Rhinoceros velut Aethiopus.

22. Ille alter abundans
Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.

23. Romanis ludis forus olim ornatus lucernis.

24. Symmachus praeterea iam tum depostus bubulcus
Exspirans animam pulmonibus aeger agebat.

25. Crebrae ut scintillae in stricturis quod genus olim
Ferventi ferro.

---

18. Charis. p. 55. P. 39. L.

19. Dion. I. p. 372. Priscian. p. 888. P. X. 4. 3. p. 488. Kr. *Et somno* Pr. *clamas* idem.

20. Non. p. 13 a.

21. Non. p. 16. *broncus novit lanus* W. L. *novit lanius* A. I. Ven. Bas. Merc. *obit* ci. I. Dusa. Palmerius p. 156. *ovat lanius* ci. Iun. *Bronchus Bovillanus* ci. Turn. XVII. 24; *Broochu' novus* lanius ci. Paul. Merula. b. *bovis lanius* Varges, quia quasi bestiarius petitus sit et tanquam solitus bovis adversarius. quid ab auctore scriptum sit, difficile est ad coniectandum. Sed proxime ad veritatem Iunii et Merulae coniecturae mihi quidem accedere videntur. *hoc est* ci. Fr. Dusa. *Brocchus* vel *broccus* ap. alios scriptores cfr. Victorius ad Varro de R. R. II. 7. 3. Plin. N. H. XI, 37. 64; *velut Aethiopus.* haec verba leguntur ap. Priscian. p. 689. P. 236. K. nulla libri nota.

22. Don. ad Ter. Phorm. I. 3. 11. Schol. Iuv. ad Sat. III. v. 158. pertinet hic locus ad ludos gladiatorios in Campania celebrari solitos. cfr. Strabo. V. 4. Nic. Damasc. p. 129 Ed. Or. O. M. Etrusc. II. p. 222. haec secutus esse videtur Appuleius Apol. extr... si philosophiae honorem... nusquam minui, imo contra ubique *si cum septem pinnis* eum tenui etc. ubi alii perperam *poenis.* Bip. *conseptum penitus.*

23. Non. p. 40. Charis. p. 55. P. 39. Lind.

24. Non. p. 26 et p. 191. quo loco *exhalans* pro *exspir.* scriptum est. *depositus* W. L. *depostus* MS. Fabri. *iam nunc* Palm. p. 126. *depostus* idem est quod desperatus conclamatus cfr. Aen. XII. 395. *animum* inter *exspirans* et *agebat* positum ad utrumque referendum.

25. Non. p. 13. *stricturae* falso interpretatur Non. rectius. Serv. ad Virg. VIII. 421. et Varro ap. eundem ad X. 174. „stricturą terra ferri in massam coacta." cfr. Plin. N. H. XXXIV. 14. 41; et Oudend. ad. Caes. B. G. III. 21. ferrum iam decoctum in fornacibus et in massam quandam coactum esse definit.

26. Non peperit, virum postica parte profundit.
27. Conturbare animam potis est quicunque adoritur.
28. Tantalus qui poenas ob facta nefantia pendit.
29. Vertitur oenoforis fundus sententia nobis.
30. Illud ad incita cum rediit atque internecionem.
31. Exhalas tum acidos ex pectore ructus.
32. Malas tollimus nos atque utimur rictu.
33. Caupona hic tamen una Syra.
34. Aniculae aspera atque praecox est fuga.
35. Student hi; ligna videte.
36. Et pulvino fultus.
37. Utpote.
38. Tu partem laudis caperes tu gaudia mecum
Partisses.

---

26. Non. p. 147. *verum* 1526. IM. *protundit* A. I. Dusa. *profudit* ci. C. Barth. fortasse *perfundit* legendum est.

27. Prisc. p. 888. P. p. 478. Kr. *conturbari* unus Cod. ap. Kr. cfr. Lucr. III. 514. *Commutare animum quicunque adortus et infit* — *quemcunque* falso Dusa emendat.

28. Non. p. 353. *nefantia luit* ante A. *luvit* Turn. Dusa. *pendit* A. IM. *poenas pendit* Codd. *poen.* ex superioribus repetitum.

29. Non. p. 118. Glossae Vett. in Pers. V. 140. Isid. XX. 6. 1. 35.

30. Non. P. 85. *cum redit* IM. iam quod fuit aliquis, qui *ad incita* dici posse negaret et *ad incitas* emendaret, falsus est, neque Lingii auctoritas (quaest. Plaut. I. p. 49). neque Schneider Gr. L. I. 349. tantum valet: neque Charsii testimonium qui I. p. 75. *ad incitas* cum *affatim* et *suppetias* confert et in iis ponit, quae unius tantum casus sunt, hoc confirmaverit.

31. Non. p. 112. *placidos tum demum pect.* ci. Dusa.

32. Non. p. 309 b.

33. Priscian. p. 684. P. VI. 3. 1. p. 250. Kr. cfr. Virgilii Copa.

34. Non. p. 102. *amicula* ante A. Palmer. *annicula* M. *aviculae* ci. I. Dusa. *aniculae* ex coniectura dedi, sed metrum non constat, *aniculam* veram lectionem esse statuit Scaliger, quod Syram illam vetulam esse iudicat. fortasse hic versus alii libro adscribendus et *aspra* corrigendum, quod metri iambici ratio postulare videtur. Varges ita loco mederi voluit:

aspera avicla
Atque fuga est praecox

quae coniectura vix cuiquam probari posse videtur.

35. Charis. p. 85. P. 40. L. *videre* Dusa. *videte* Codd. L.

36. Serv. in Virg. Eclog. VI. 53.

37. Charis. p. 137. P. 133. L.

38. Non. p. 323. a. apud Dusam libro quarto adscribitur.

LIB. IV.

1. O Lapathe! ut iactare decet, satis cognitus quoi sis
In quo Laeliu' clamores σοφός ille solebat
Edere, compellans gumias ex ordine nostro.

2. O Publi, o gurges, Galloni: es homo miser, inquit,
Coenasti in vita nunquam bene, quom omnia in ista
Consumis squilla atque acipensere quom decumano.

3. bene cocto
Condito sermone bono, si quaeri' lubenter.

4. Quod sumptum atque epulas victu praeponis honesto.

5. Fingere praeterea, afferri quod quisque volebat.
Illum sumina ducebant, atque altilium lanx,
Hunc pontes Tiberinu' duo inter captu' catillo.

LIB. IV.

1. Cic. Fin. II. 8. in omnibus fere Codd. est *iactare ne cessatis*, in nonnullis: *non cessatis*. in marg. Crat. primum: *Necesse st*. — *cognitu'* omnes libri confirmant. *quoi* qui primus scripserit incertum. quod supra dedi est e coniectura Madvigii, sed dubito etiam nam, annon rectius legatur: *ut iactare necesse est satis*. pro *gumias* multi libri *gumas*. illud confirmant Appuleius Apol. p. 498. Ed. in usum Delphini et Festus voc. *Ingluvies*. Eiusdem originis vox *gemiae* apud Nonium p. 81. esse videtur. Ceterum Editores Ciceronis antea primum et secundum fragmentum versu interposito iunxerent: *Laeliu' praeclare et recte sophos illudque vere (*solus Lambinus *illeque*) sed in Codicibus est: *Praeclare Laelius et recte σοφός, illudque vere:* quae verba ipsius Ciceronis sunt.

2. De P. Gallonio, praecone, luxurioso homine cfr. interpp. ad Hor. Sat. II. 2. 46. „haud ita pridem Galloni praeconis erat accipensere mensa infamis" ubi schol. Cruq: Gallonius praeco primus accipenserem suae mensae apposuit, etc. quaestus et sumptus Gallonii Cic. pro Quinct. 30. vivit ut Gallonius de Finn. II. 28. 90.

3. Cic. De Fin. II. 8. 25. paulo post superiora. haec itidem esse Lucilii verba et ex eodem libro excerpta satis est probabile. cfr. Cic. Ep. ad Attic. XIII. 52. ubi eadem verba leguntur. sed quae ex eo loco Dusa nostro fragmento affingit: *Editque Bibitque iucunde atque ἀδεως nec solum id sed* ea et ipsa Ciceronis, non Lucilii sunt.

4. Aul. Gell. N. A. IV. 16. 6.

5. Macrob. Saturn. II. 12. Sed et Lucilius acer et violentus poeta, ostendit scire se hunc piscem egregii saporis, qui inter duos pontes captus esset; eumque quasi ligurritorem catillonem appellat.

6. Vinum diffusum e pleno siet hir . . †. siphone
Cui nil dempsit nix et sacculus abstulerit nil.

7. Aeserninu' fuit, Flaccorum munere, quidam
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque;
Cum Pacideiano hic componitur, optimu' longe
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

8. Occidam illum equidem et vincam, si id quaeritis, inquit:
Verum illud credo fore: in os prius accipiam ipse
Quam gladium in stomacho Furi ac pulmonibu' sisto.
Odi hominem: iratus pugno; nec longiu' quidquam
Nobis, quam dextrae gladium dum accomodet alter.
Usque adeo studio atque odio illius efferor ira.

---

scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur. proprie autem catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant. Lucilii versus hi sunt.

6. Cic. de Finn. II. 8. 23. *diffusum* plurimi Codd. et ita Plin. N. H. XIV. 14. Colum. XII. 28. *defusum* primus Lamb. *hir siphove* Orellius; ad quam lectionem Codd. Pall. aliquot et Ox. U. in quibus est *hirsiphon* proxime accedunt. sed praestat *hir siphone* reponere, cum nominativus minus conveniat; *cui* bisyllabam esse vix potest. pro *uix* Codd. *uis* vel *ius* tuentur, sed *uix* ut Manutio et Lambino, sic mihi probatur. Loquitur poeta de iis heluonibus, qui vino forti se proluunt, quod nullo remedio mollius factum est; id quod vel nive diluebatur, vel sacco infusum frangebatur. cfr. Heind. ad Hor. satir. II. 4. 54. nive usos esse veteres in vino defaecando docuit Schneider. ad Columellam XII. 19. 4. versus igitur ut supra scribendos puto; quibus quod praeponitur, vix Lucilii est. contra *nil* in fine recte appositum iudico. cfr. Latina inedita Ed. Moritz Haupt. „saccus generis masculini ut Varro: cui nihil sacculus abstulit" ubi Adnot. „verba Lucilii potius esse videntur."

7. Non. p. 267 a. *unae quidem* Codd. W. Guelf. id quod ex *munere* corruptum, ut bene vidit Turneb. Adv. 29. 2; Lips. Saturn. II. 11. Parhas. ap. Gruter. I. p. 814; *Amunius quidam* perperam ci. Iun. *ac una equidem aure* I. Dusa. *vita ista dignus homo se* est in altero Nonii loco p. 175. a. *Placideiano* Dusa sed illud tuentur optimi Cic. Codd. Opt. gen. Or. 6. 17; Tusc. IV. 21. 48; ad Q. Fr. III. 4. 2. praeterea Horatius Serm. II. 7. 97. quibus ex locis fit manifestum Pacideiani nomen ut Galloni in proverbii vim abiisse.

8. Cic. Tusc. Disput. L. IV. c. 21. pro *sura* quod corruptum, Dusa: *hira* Turn. *sura* sive *fibra*, alii *Furi* vel *Fulvi*, Bent. *furiae*, Scaliger. *sicam* collato Isidoro XVII. 6. quasi primum gladio adversarium petivisset, mox sica confecisset. quod ut verum sit, tamen ab hoc loco alienum. Nec minus absurda aliorum intestinorum commemoratio videtur. quare *Furi* et ad

9. — — quamvis bonus ipse
Samnis in ludo ac rudibus cuivis satis asper.

10. Quod si nulla potest mulier tam corpore duro
Esse, tamen tenero maneat succosa lacerto,
Et manus uberior lactanti in sumine sidat.

11. Tisiphone titene pulmonibus, atque adirem unguem
Excoctum attuli Eumenidibus sanctissima Erinnys.

12. Assequitur neque opinantem; in caput insilit; ipsum
Commanducatur totum complexa, comestque.

13. Haeret verticulis adfixum in posteriore
Parte, atque articulis, nam ut nobis talu' genusque.

14. Hi prae se portant ingentes munere pisces
Triginta numero. — —

---

litterarum ductus et ad sensum omnium praestantissimam lectionem habeo. pro *nobis* plurimi libri *vobis*. cfr. Orellius ut h. l. Scal. *votis*.

9. Cic. de Or. III. 25. 86.

10. Non. 311. a. *succus* optimi libri. *succussa* c. basil. et Editt. *tenerum moveat succussa lacertum* ci. Lips. falso si quid video; quid enim sibi vult *succussa*. corrige: *succosa*. hoc enim vult auctor: si mulieres non omnes molestias vitae laboriosae tolerare possint, tamen eam corporis curam agant, ut infantes lactare possint. falso igitur Lips. interpretatur, postulari a mulieribus, ut humeros et lacertos moveant ac succutiant, manuque sinistra, ita enim interpretatur *interior*, (quod emendavit) uber paulisper tractent ac comprimant! quem ad finem? magis etiam contorte Scaliger: si succutiatur manu, aut alio impulsu, saltem maneat immota, quantumvis teneros lucertos habeat, ut manus liberior requiescere possit super eius mamilla etc. nam *liberior* emendat. sed manus uberior est largior, digitis non contractis; *mammosum* igitur mulierem intelligit, cum puellarum papillus vola manus tegi vellent.

11. Non. p. 289. b. locus vexatissimus; lect. varr. *tinnete* ms. Vict. et W. *tecine* ms. Casaub. *titene* L. *retine* ms. I. *teneo in* princ. *tene* 1480 *te* A. I. *retinet* ci. I. *tinctis pulm. atque adipe* ci. I. *residet* ci. I. Dusa. *thitene* ci. Roth. sed nusquam memini furiam ita appellatam. *atque adid unguen* ci. I. *ex adipe unguem* princ. *atque adeo unguen* ci. I. Dusa. si coniecturis locus, locum ita emendaverim: *Tisifone exedit pulmonibus atque adipe unguen, Abstulit Excoctum Eumenidum sanctissima Erinnys.*

12. Non. p. 324. a. ibi *commanducatum* scriptum sed p. 58. *commanducatur totum comisque* etiam 325. sed ibi Var. *complexum*, quod est contra metrum. *comest que* Cod. itaque esse legendum ex initio huius lemmatis intellegitur.

13. Non. p. 141. *nam* om. A. I. cfr. Fest. p. 370. Ed. OM.: *verticulas* cum dicit Lucilius, articulos voluit intelligi.

14. Serv. P. Danielis ad Aen. X. p. 329.

15. Non. p. 157. *nam tu* mg. I. prob.

15. — — ne agitarem manu tu
Pessulum et hunc vectem possis cuneis ipso.
16. Longior hic quam grus, grue tota cum volat olim.
17. Concursare agros, catulos foetumque ferarum.
18. Cumque hic tam formosus tibi, ac te dignu' puellus.
19. Subicit huic fuldum, fulmentas quattuor addit.
20. Qui edit se, hic comedit me.
21. Obtursi ebrius.

LIB. V.

1. Quo me habeam pacto, tametsi non quaeri' docebo.
Quando in eo numero mansti, quo in maxima nunc est
Pars hominum, ut periisse velis, quem visere nolue —
Ris cum debueris. Hoc Nol — et Debueris te
Si minu' delectat, quod ἄτεχνον Isocratium est; *O-*
*Χληρῶδες*que simul totum ac συμμειρακιῶδες:
Non operam perdo. Si tu hic....

Dusa *pessulis* M. *cuneo* ci. Dusa. corrige: ne agitare manu tu pessulum et hunc vectem possis cuneasse vel ipse.

16. Non. p. 141. b.

17. Non. p. 310. a. *concursare* ci. Gifan. *concussaret* Frut. *aegros* A. Gif. *apros* ci. Scal. *agens* ci. Dusa. *ferat* Codd. *ferarum* A. I. Dusa. sed *concursare* recte se habet.

18. Non. p. 108. b. pro *tibi* vulgo: *homo* cfr. Prisc. p. 697. P.

19. Non. p. 140. b. *sufficit huic dum* f. A. I. *sufficit huic: clavis* f. *subicit huic fulcrum* ci. Salmas. *subicit fulturae* ci. Gerlach. *subicit* haud dubie rectum; de ceteris dubitare licet.

20. Priscian. P. 893. lege: *qui se edit* etc.

21. Priscian. p. 780. P.

22. Ap. Non. 9. b. ex libro IV. laudatur cfr. Lib. II. fr. II.

LIB. V.

1. A. Gell. N. A. XVIII. c. 8. Ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα ceteraque huiusmodi scitamenta, quae isti ἀπειρόκαλοι, qui se Isocraticos videri volunt, in collocandis verbis immodice faciunt et rancide, quam sint insubida et inertia et puerilia, facetissime hercle significat in quinto Satirarum Lucilius. Nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viseret, haec ibidem addit festiviter: etc.

Tamenetsi haud ci. Dusa cfr. Schneid. Gr. Lat. I. 2. p. 741. not. *mansti* cor-

Ut lurcharetur lardum et carnaria furtim conficeret.

21. Noctilucam.

22. Lustratus piatus.

23. Fandum atque auditum iter ab imo fl....

---

tuno sive *Mutino*. *fartim parum conf.* Codd. lectio. sed recte Cod. Montp. *parum* omittit, quod ex prava scriptura vocis autecedentis ortum esse videtur. ex *fartim* enim, quod corrupte in Codd. pro *furtim* legitur *partim*, *parum*, *patrum* ortum et a librariis utrumque retentum est.. De Mutino cfr. Fest. p. 154 Ed. OM. unde patet nomen *Mutinum Titinum* fuisse. Apud Augustin. de Civ. dei IV. II. verba : „ipse sit Mutunus vel Tutunus" magnam exhibent lectionis varietatem, Vive et Benedictinis testibus. Apud Arnobium IV. II. *Mutuno* et *Tutuno* coniectura restituta sunt. De re cfr. Salmasius Exercitt. Plinianae ad Solinum c. XXIV. p. 219. qui *Mutinus* a graeco μύττος sive μύττων i. e. γυναικεῖον derivat. et *Tutunus* a πόσθη et πόσθων aeolice πόθθων, unde Latine et *Puttunus* et *Tuttunus*; nam P et T et Aeolos et veteres Latinos invicem inter se permutasse; de qua re cfr. Schneider de Elem. L. L. I. p. 321. et qui ibi laudantur.

Muttinus Tuttinus haud dubie nomen erat πριαπῶδες, cuius natura ut significaretur, virilium et muliebrium pudendorum appellatio in unum erat confusa: sed falsum Salmasii est iudicium, utriusque sexus pudenda eidem simulacro fuisse adiuncta, et in eodem sacello culta fuisse. cfr. Augustin. de Civ. Div. IV. 7. „Etiamne Tutunus, cuius immanibus pudendis horrentique fascino vestras inequitare matronas et auspicabile ducitis et optatis." Sed utraque pudenda ad arcendum fascinum in usu fuisse facile crediderim: unde Glossae veteres. „Mutonium προβοσκάντιον ὡς Λουκίλλιος." Haec Etymologia magis utique probanda, quam eorum opinio, qui haec vocabula a *meo* et *tuo* ficta esse arbitrantur, quae amantes inter complexus usurpaverint. Neque pluris habenda, quae Ianus Gulielmus Verisim. I. 23. disputat, qui vocabulum *muto* duobus aliis Lucilii locis obtrudere cupit. cfr. Orellius ad Arnobium IV. 7. et Bunemannus ad Lactantii Lib. I. c. 20. §. 36. Apud Dusam hoc fragmentum libro IV. adscribitur.

21. Fest. p. 175. *noctilugam* Paulus. *noctilucam* Ursinus. „Lucilius cum dicit, obscaenum significat." sed cum huic vobulo vix obscaeni quidquam insit, cfr. Varro L. L. V. §. 68. *Noctipugam* probatilius iudicat Salmasius Exerc. Plin. p. 70. col. 2. d. adductis etiam glossis Palatinis, quas apud se habere affirmat, *noctipugam obscaenum* quod quasi *noctibus compungat*. Scal. noctilugam intellexerat avem mali omninis noctu lugentem Còni. Varr. p. 26. 8. quis autem est, qui dicat, quid in hoc nomine secutus sit Lucilius? Fortasse ita puellam dixit, quod noctu lucerna suspensa scortatoribus domum indicaret, vel ipsum cunnum hoc nomine dixit, figuram significans, aut quia luminis instar noctu moechis est. cfr. Hor. S. II. 7. 48.

22. Non. p. 229.

23. Virg. Interpp. vett. ab Angelo Maio editi p. 25. ad tertium librum hoc retulit

24. Vivite lurcones, comedones, vivite ventres

25. Per inhospita tesqua vagantem
Rerum animo sequitur captarum gratia maior.

LIB. III.

1. bis quina octogena videbis
Commoda; item Capua quinquaginta atque ducenta.

2. Ad portum mille a porta est; exinde Sallernum.

Varges et *fandum* — *auditum* imo *ab fluvio* correxit. *am* utroque loco Codd. corrigo:

Fandum atque auditum est itiner tibi
flumine ab imo

cfr. Non. p. 328. Ed. n. ubi forma *itiner* multis Plauti, Varronis, Accii, Manilii locis confirmatur. Lucilius quidem alias *iter* tuetur cfr. Lib. VIII. 7. *Si omne iter evadit* etc. de sensu cfr. Sic. Ital. X. 184. Si Porsena fando auditus tibi etc.

24. Don. ad Terent. Phorm. V. 7. 95. Lucillius in secundo. eundem locum Nonius Marcellus p. 6. a. laudat ex lib. V. sed probabiliter coniectum est, numeri signum ex sequenti *Vivite* ortum esse.

25. Barth. Advers. XV. 9. ad Hor. Ep. I. 14. 19. in Cod. interpretatio est vocis *tesqua* cum exemplo ex Lucilii lib. II. tesqua loca inutilia, quae subigi non possunt; loquitur in villicum Lucilius in II. cfr. Varro L. L. VII. 10 — 12. Fest. s. v. *tesqua*.

LIB. III.

Porphyr. ad Horatii Satir. I. 5: Lucilium hac satira aemulatur Horatius, iter suum a Roma usque Brundusium describens; quod et ille in III. libro fecit; primo a Roma Capuam usque et inde fretum Siciliense idem ad Hor. sat. I. 10. *nil comis tragici mutat Lucilius Acci.* Comis autem Lucilius propter urbanitatem dicitur et mutat pro eo, quod emendat, positum est, facit autem Lucilius tum alias, tum vel in tertio libro et nono vel decimo.

1. Non. p. 182. Cod. *quin oct.....te Cap.* — *quina* ut facilis ita necessaria est coniectura. *item* emend. Varges pro *te*, quod et loci sententiae convenire videtur, et facile depravari potuit cfr. Fea in Hor. Epp. II. 1. 226. Scal. et Dusa coni. *millia porro bis* — *de* C. Hinc. — *atque bis octo* sed *bis quin octoginta* A. I. Mediol. Iun. Mai. *octoginta comm.* i. octoginta sestercia Voss. Aristarch. 204. Lucilius *Vis qui in octogena videbis. commodate capi quinquaginta* quod absurdum est. Ceterum non satis constat, quorum locorum intervalla his verbis Lucilius notaverit.

2. Macrob. Saturn. I. c. 5. p. 124. Ed. Zeune. Gell. I. 16. *portam* Macrob. Edd. vett. *portum* Gell. Codd. Guelf. ci. Carrio. *a Paesto est* I. Gronov. ex priscis Edd. portum intelligit Alburnum propinquiorem Paesto, et longinquiorem a Salerno, ita ut qui a Paesto Salernum petebant, aut ipsum portum Alburnum transire deberent aut propter illum; sed Varges Pompeios intelligit, quam urbem non in ipso maris littore situm fuisse docet. cfr. p. 8.

3. Inde Dicaearcheum populos Delumque minorem.

4. Campana Capua.

5. Longe tria millia passuum.

6. Verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt:
Susque et deque fuere — inquam — omnia ludu' iocusque
Illud opus durum, ut Setinum accessimu' finem:
'Αιγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

7. Praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

8. Porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos,
Collisere omnes.

9. Mantica cantari costas gravitate premebat.

Sed equidem ipsum Salernum intelligam et recepta lectione *exinde* pro *sexinde* intervallum inter castellum et portum Salernitanum significatum esse statuo cfr. Liv. XXXIV. 45. et Strabo V. fin. qui, illud a mari remotum esse auctor est Σάλερνον — μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης. *portum Salernum* dictum ut: ostium Eridanum Plin. III. 16.

3. Paul. ap. Fest. p. 122. Ed. OM. numero libri non adscripto, sed recte hunc v. tertio adscribi res ipsa docet. *Dicaearcheum* e Graeco Δικαιαρχέων OM. ortum putat et extremas syllabas eadem synizesi contraxisse, quae in *deum* saepissime observatur. *Delumque. que* est explicativum cfr. Hor. Sat. II. 1. 37. sed. hic versus spirat aliquid Epicum. confert Varg. Virg. A. 3. 330. Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva. id. 6. 892.; per Graium populos mediaeque per Elidis urbem. 6. 892.; Laurentisque dicet populos urbemque Latini. fortasse Lucilius Ennii sequipedalia verba irrisit.

4. Porphyr. ad Hor. S. 1. 6. 68. *ac mala lustra.* sic dicitur a Plauto: *Athenis Atticis.* Est igitur notissima illa Capua, ubi in medio relinquitur, virtutes au vitia illius loci auctor notare voluerit. Ceterum Varges hunc versum huic libro adnumeravit, quod in hoc itinere Lucilium et Capuam transiisse et ibi per aliquod tempus commoratum esse iidem scholiastae confirmant.

5. Charis. p. 120. *longe* pro longitudine.

6. Aul. Gell. XVI. 9. in secundo versu *et* improbat Varges. *haec* emendavit Dusa, sed perperam; et apud Lucilium productionem syllabae etiam in thesi ferri posse non negaverim; sed *et* causa non satis idonea reiecit V. neque *fines* pro *finem* admittendum; in quarto versu Αιγίλιποι lectionem unice veram esse puto, quum quae V. contra hanc vocem disputat, omnia vana, nisi quod bene vidit ἀιγίλιπος non a λείπω sed a λίπτω esse derivandum. vide varietatem lectionis ap. Gell. Ed. Lion. et Varges. p. 15. de Setia, urbe in montium iugo iuxta Pomptinos campos sita cfr. Martialis IV. 64. et XIII. 112. ubi pendula vocatur.

7. Non. p. 333. a. Varges. falso: *hoc iter,* quod nos dedimus, est ex Codd.

8. Fest. p. 258. Ed. OM. *colligere* lectio Codd. *collisere* ci. Scaliger.

9. Porphyr. ad Hor. S. 1. 6. 106.

3. Haec, inquam, rudet e rostris atque eiulitabit
Concursans uti ancarius clareque quiritans.

4. — — Impune peccare rati sunt
Posse, et nobilitate facul propellere iniquos.

5. — — Thaunomeno, inquit, calva sororem
Lanificam dici siccam atque abstemiam ubi audit.

6. Si hic vestimenta elevit luto, ab eo risum magnum
Ad cachinnum imprudens subicit.

7. — — Qui te bonus Iuppiter, inquit,
Crasso Mucium cum coenabat dominum fortem.

8. Quid ipsum facere optes.

9. Nequitia occupat os, petulantia prodigitasque.

10. Si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus.

11. Id solum adversae fortunae reique resistit.

---

3. Non. p. 13. b. *heiulitabit* W. L. A. *eiulitabit* Varro VII. 103. Turn. Dusa Scal. *hinnilitabit* ci. I. Dusa. *heilitabit* Scal. coni. p. 81. *ancarius* W. L. mg. I. Turn. *angarius* ci. I. *velut angarius* ci. Scal. l. l. Turn. *arenarius* I. Dusa *ancarius* A. *haec eadem* Turn. Adv. XVII. 24. *haec* W. L. Varro. quod pro accusativo habuit Dusa. Caeterum emendaverim : *Concursans veluti* ut metrum constet. Schmidt. minus recte : *ancarius ut.* antepenultima enim apud Graecos brevis est. Graeca vox, ἄγγαρος et ἀγγαρήιος ex Persico sermone deducta, regios nuntios significat, qui equo vel curru vecti mandata celeriter perferunt. cfr. Turn. l. l. vocabulum et Ciceronis aetati notum et Iurisconsultis saepius usitatum cfr. A. Gell. XIX. c. 14. fin. et Forcel. ceterum utra scriptura *anc.* an *ang.* praestantior sit, perduci vix ad liquidum potest.

4. Non. p. 76. a.

5. Non. p. 49. b. *calva* ci. I. Animad. 6, 21. prob. Weichert p. 161. *balba* ci. IDusa. *valva* Codd.

6. Non. p. 72. b. Ios. Scal. hos trochaeos esse monuit ex libro XXVI. non ex VI. quo iure, alii videant. *subiicis* vulgo.

7. Non. p. 193. a. *inquit Crasi*, sic *apud Mutinum* ci. I. cfr. Lips. Saturn. I. extr. *te bone* (u spl) *I.. i.. Mutivit, q. coenabit. d. fore Crasso* ci. Scal. *Crasso Mutiu' quum cenas dominus foris* ci. I. Dusa. *Mucius censebat dominum fore* ci. Merc. P. Mucium P. F. Q. N. Scaevolam et P. Licinium Crassam Mucianum intelligendos esse putaverim. locum ita emendo : qui Oh! bonu' Iuppiter inquit,
Crasso Mucius cum coenat dominus
fuerit iam.

8. Serv. ad Virg. Aen. I. 76. emendo: *quodque.*

9. Non. p. 109. a. *hos* ci. IDusa. *os* 1526. I. *peculantia* L. A. *petulantia* 1526 I.

10. Non. p. 93. b.

11. Non. p. 341. b. *reque* Dusa.

18. Asparagi nulli.

19. Ergo
E somno pueros cum mane expergitus clamo.

20. Cernuus ex templo plantas convestit honestas.

21. Bronchus novit lanius; dente adverso eminulo hic est.
Rhinoceros velut Aethiopus.

22. Ille alter abundans
Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.

23. Romanis ludis forus olim ornatus lucernis.

24. Symmachus praeterea iam tum depostus bubulcus
Exspirans animam pulmonibus aeger agebat.

25. Crebrae ut scintillae in stricturis quod genus olim
Ferventi ferro.

---

18. Charis. p. 55. P. 39. L.

19. Dion. I. p. 372. Priscian. p. 888. P. X. 4. 3. p. 488. Kr. *Et somno* Pr. *clamas* idem.

20. Non. p. 13 a.

21. Non. p. 16. *broncus novit lanus* W. L. *novit lanius* A. I. Ven. Bas. Merc. *obit* ci. I. Dusa. Palmerius p. 156. *ovat lanius* ci. Iun. *Bronchus Bovillanus* ci. Turn. XVII. 24; *Broochu' novus* lanius ci. Paul. Merula. b. *bovis lanius* Varges, quia quasi bestiarius petitus sit et tanquam solitus bovis adversarius. quid ab auctore scriptum sit, difficile est ad coniectandum. Sed proxime ad veritatem Iunii et Merulae coniecturae mihi quidem accedere videntur. *hoc est* ci. Fr. Dusa. *Brocchus* vel *broccus* ap. alios scriptores cfr. Victorius ad Varro de R. R. II. 7. 3. Plin. N. H. XI, 37. 64; *velut Aethiopus.* haec verba leguntur ap. Priscian. p. 689. P. 236. K. nulla libri nota.

22. Don. ad Ter. Phorm. I. 3. 11. Schol. Iuv. ad Sat. III. v. 158. pertinet hic locus ad ludos gladiatorios in Campania celebrari solitos. cfr. Strabo. V. 4. Nic. Damasc. p. 129 Ed. Or. O. M. Etrusc. II. p. 222. haec secutus esse videtur Appuleius Apol. extr... si philosophiae honorem... nusquam minui, imo contra ubique *si cum septem pinnis* eum tenui etc. ubi alii perperam *poenis.* Bip. *conseptum penitus.*

23. Non. p. 40. Charis. p. 55. P. 39. Lind.

24. Non. p. 26 et p. 191. quo loco *exhalans* pro *exspir.* scriptum est. *depositus* W. L. *depostus* MS. Fabri. *iam nunc* Palm. p. 126. *depostus* idem est quod desperatus conclamatus cfr. Aen. XII. 395. *animum* inter *exspirans* et *agebat* positum ad utrumque referendum.

25. Non. p. 13. *stricturae* falso interpretatur Non. rectius. Serv. ad Virg. VIII. 421. et Varro ap. eundem ad X. 174. „strictura terra ferri in massam coacta." cfr. Plin. N. H. XXXIV. 14. 41; et Oudend. ad. Caes. B. G. III. 21. ferrum iam decoctum in fornacibus et in massam quandam coactum esse definit.

26. Non peperit, virum postica parte profundit.
27. Conturbare animam potis est quicunque adoritur.
28. Tantalus qui poenas ob facta nefantia pendit.
29. Vertitur oenoforis fundus sententia nobis.
30. Illud ad incita cum rediit atque internecionem.
31. Exhalas tum acidos ex pectore ructus.
32. Malas tollimus nos atque utimur rictu.
33. Caupona hic tamen una Syra.
34. Aniculae aspera atque praecox est fuga.
35. Student hi; ligna videte.
36. Et pulvino fultus.
37. Utpote.
38. Tu partem laudis caperes tu gaudia mecum
Partisses.

---

26. Non. p. 147. *verum* 1526. IM. *protundit* A. I. Dusa. *profudit* ci. C. Barth. fortasse *perfundit* legendum est.

27. Prisc. p. 888. P. p. 478. Kr. *conturbari* unus Cod. ap. Kr. cfr. Lucr. III. 514. *Commutare animum quicunque adortus et infit* — *quemcunque* falso Dusa emendat.

28. Non. p. 333. *nefantia luit* ante A. *luvit* Turn. Dusa. *pendit* A. IM. *poenas pendit* Codd. *poen.* ex superioribus repetitum.

29. Non. p. 118. Glossae Vett. in Pers. V. 140. Isid. XX. 6. 1. 35.

30. Non. P. 85. *cum redit* IM. iam quod fuit aliquis, qui *ad incita* dici posse negaret et *ad incitas* emendaret, falsus est, neque Lingii auctoritas (quaest. Plaut. I. p. 49). neque Schneider Gr. L. I. 349. tantum valet: neque Charsii testimonium qui I. p. 75. *ad incitas* cum *affatim* et *suppetias* confert et in iis ponit, quae unius tantum casus sunt, hoc confirmaverit.

31. Non. p. 112. *placidos tum demum pect.* ci. Dusa.

32. Non. p. 309 b.

33. Priscian. p. 684. P. VI. 3. 1. p. 250. Kr. cfr. Virgilii Copa.

34. Non. p. 102. *amicula* ante A. Palmer. *annicula* M. *aviculae* ci. I. Dusa. *aniculae* ex coniectura dedi, sed metrum non constat, *aniculam* veram lectionem esse statuit Scaliger, quod Syram illam vetulam esse iudicat. fortasse hic versus alii libro adscribendus et *aspra* corrigendum, quod metri iambici ratio postulare videtur. Varges ita loco mederi voluit:

aspera avicla
Atque fuga est praecox

quae coniecturia vix cuiquam probari posse videtur.

35. Charis. p. 55. P. 40. L. *vidsre* Dusa. *videte* Codd. L.

36. Serv. in Virg. Eclog. VI. 53.

37. Charis. p. 137. P. 153. L.

38. Non. p. 323. a. apud Dusam libro quarto adscribitur.

LIB. IV.

1. O Lapathe! ut iactare decet, satis cognitus quoi sis
In quo Laeliu' clamores σοφός ille solebat
Edere, compellans gumias ex ordine nostro.

2. O Publi, o gurges, Galloni: es homo miser, inquit,
Coenasti in vita nunquam bene, quom omnia in ista
Consumis squilla atque acipensere quom decumano.

3. bene cocto
Condito sermone bono, si quaeri' lubenter.

4. Quod sumptum atque epulas victu praeponis honesto.

5. Fingere praeterea, afferri quod quisque volebat.
Illum sumina ducebant, atque altilium lanx,
Hunc pontes Tiberinu' duo inter captu' catillo.

LIB. IV.

1. Cic. Fin. II. 8. in omnibus fere Codd. est *iactare ne cessatis*, in nonnullis: *non cessatis*. in marg. Crat. primum: *Necesse st*. — *cognitu'* omnes libri confirmant. *quoi* qui primus scripserit incertum. quod supra dedi est e coniectura Madvigii, sed dubito etiam nam, annon rectius legatur: *ut iactare necesse est satis*. pro *gumias* multi libri *gumas*. illud confirmant Appuleius Apol. p. 498. Ed. in usum Delphini et Festus voc. *Ingluvies*. Eiusdem originis vox *gemiae* apud Nonium p. 81. esse videtur. Ceterum Editores Ciceronis antea primum et secundum fragmentum versu interposito iunxerent: *Laeliu' praeclare et recte sophos illudque vere* (solus Lambinus *illeque*) sed in Codicibus est: *Praeclare Laelius et recte σοφός, illudque vere:* quae verba ipsius Ciceronis sunt.

2. De P. Gallonio, praecone, luxurioso homine cfr. interpp. ad Hor. Sat. II. 2. 46. „haud ita pridem Galloni praeconis erat accipensere mensa infamis" ubi schol. Cruq: Gallonius praeco primus accipenserem suae mensae apposuit, etc. quaestus et sumptus Gallonii Cic. pro Quinct. 30. vivit ut Gallonius de Finn. II. 28. 90.

3. Cic. De Fin. II. 8. 25. paulo post superiora. haec itidem esse Lucilii verba et ex eodem libro excerpta satis est probabile. cfr. Cic. Ep. ad Attic. XIII. 52. ubi eadem verba leguntur. sed quae ex eo loco Dusa nostro fragmento affingit: *Editque Bibitque iucunde atque ἀδεῶς nec solum id sed* ea et ipsa Ciceronis, non Lucilii sunt.

4. Aul. Gell. N. A. IV. 16. 6.

5. Macrob. Saturn. II. 12. Sed et Lucilius acer et violentus poeta, ostendit scire se hunc piscem egregii saporis, qui inter duos pontes captus esset; eumque quasi ligurritorem catillonem appellat.

6. Vinum diffusum e pleno siet hir . . †. siphone
Cui nil dempsit nix et sacculus abstulerit nil.

7. Aeserninu' fuit, Flaccorum munere, quidam
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque;
Cum Pacideiano hic componitur, optimu' longe
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

8. Occidam illum equidem et vincam, si id quaeritis, inquit:
Verum illud credo fore: in os prius accipiam ipse
Quam gladium in stomacho Furi ac pulmonibu' sisto.
Odi hominem: iratus pugno; nec longiu' quidquam
Nobis, quam dextrae gladium dum accomodet alter.
Usque adeo studio atque odio illius efferor ira.

---

scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur. proprie autem catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant. Lucilii versus hi sunt.

6. Cic. de Finn. II. 8. 23. *diffusum* plurimi Codd. et ita Plin. N. H. XIV. 14. Colum. XII. 28. *defusum* primus Lamb. *hir siphove* Orellius; ad quam lectionem Codd. Pall. aliquot et Ox. U. in quibus est *hirsiphon* proxime accedunt. sed praestat *hir siphone* reponere, cum nominativus minus conveniat; *cui* bisyllabam esse vix potest. pro *uix* Codd. *uis* vel *ius* tuentur, sed *uix* ut Manutio et Lambino, sic mihi probatur. Loquitur poeta de iis heluonibus, qui vino forti se proluunt, quod nullo remedio mollius factum est; id quod vel nive diluebatur, vel sacco infusum frangebatur. cfr. Heind. ad Hor. satir. II. 4. 54. nive usos esse veteres in vino defaecando docuit Schneider. ad Columellam XII. 19. 4. versus igitur ut supra scribendos puto; quibus quod praeponitur, vix Lucilii est. contra *nil* in fine recte appositum iudico. cfr. Latina inedita Ed. Moritz Haupt. „saccus generis masculini ut Varro: cui nihil sacculus abstulit" ubi Adnot. „verba Lucilii potius esse videntur."

7. Non. p. 267 a. *unae quidem* Codd. W. Guelf. id quod ex *munere* corruptum, ut bene vidit Turneb. Adv. 29. 2; Lips. Saturn. II. 11. Parhas. ap. Gruter. I. p. 814; *Amunius quidam* perperam ci. Iun. *ac una equidem aure* I. Dusa. *vita ista dignus homo se* est in altero Nonii loco p. 175. a. *Placideiano* Dusa sed illud tuentur optimi Cic. Codd. Opt. gen. Or. 6. 17; Tusc. IV. 21. 48; ad Q. Fr. III. 4. 2. praeterea Horatius Serm. II. 7. 97. quibus ex locis fit manifestum Pacideiani nomen ut Galloni in proverbii vim abiisse.

8. Cic. Tusc. Disput. L. IV. c. 21. pro *sura* quod corruptum, Dusa: *hira* Turn. *sura* sive *fibra*, alii *Furi* vel *Fulvi*, Bent. *furiae*, Scaliger. *sicam* collato Isidoro XVII. 6. quasi primum gladio adversarium petivisset, mox sica confecisset. quod ut verum sit, tamen ab hoc loco alienum. Nec minus absurda aliorum intestinorum commemoratio videtur. quare *Furi* et ad

9. — — quamvis bonus ipse
Samnis in ludo ac rudibus cuivis satis asper.

10. Quod si nulla potest mulier tam corpore duro
Esse, tamen tenero maneat succosa lacerto,
Et manus uberior lactanti in sumine sidat.

11. Tisiphone titene pulmonibus, atque adirem unguem
Excoctum attuli Eumenidibus sanctissima Erinnys.

12. Assequitur neque opinantem; in caput insilit; ipsum
Commanducatur totum complexa, comestque.

13. Haeret verticulis adfixum in posteriore
Parte, atque articulis, nam ut nobis talu' genusque.

14. Hi prae se portant ingentes munere pisces
Triginta numero. — —

---

litterarum ductus et ad sensum omnium praestantissimam lectionem habeo. pro *nobis* plurimi libri *vobis*. cfr. Orellius ut h. l. Scal. *votis*.

9. Cic. de Or. III. 25. 86.

10. Non. 511. a. *succus* optimi libri. *succussa* c. basil. et Editt. *tenerum moveat succussa lacertum* ci. Lips. falso si quid video; quid enim sibi vult *succussa*. corrige: *succosa*. hoc enim vult auctor: si mulieres non omnes molestias vitae laboriosae tolerare possint, tamen eam corporis curam agant, ut infantes lactare possint. falso igitur Lips. interpretatur, postulari a mulieribus, ut humeros et lacertos moveant ac succutiant, manuque sinistra, ita enim interpretatur *interior*, (quod emendavit) uber paulisper tractent ac comprimant! quem ad finem? magis etiam contorte Scaliger: si succutiatur manu, aut alio impulsu, saltem maneat immota, quantumvis teneros lucertos habeat, ut manus liberior requiescere possit super eius mamilla etc. nam *liberior* emendat. sed manus uberior est largior, digitis non contractis; *mammosum* igitur mulierem intelligit, cum puellarum papillus vola manus tegi vellent.

11. Non. p. 289. b. locus vexatissimus; lect. varr. *tinnete* ms. Vict. et W. *tecine* ms. Casaub. *titene* L. *retine* ms. I. *teneo in* princ. *tene* 1480 *te* A. I. *retinet* ci. I. *tinctis pulm. atque adipe* ci. I. *residet* ci. I. Dusa. *thitene* ci. Roth. sed nusquam memini furiam ita appellatam. *atque adid unguen* ci. I. *ex adipe unguem* princ. *atque adeo unguen* ci. I. Dusa. si coniecturis locus, locum ita emendaverim: *Tisifone exedit pulmonibus atque adipe unguen, Abstulit Excoctum Eumenidum sanctissima Erinnys.*

12. Non. p. 324. a. ibi *commanducatum* scriptum sed p. 58. *commanducatur totum comisque* etiam 325. sed ibi Var. *complexum*, quod est contra metrum. *comest que* Cod. itaque esse legendum ex initio huius lemmatis intellegitur.

13. Non. p. 141. *nam* om. A. I. cfr. Fest. p. 370. Ed. OM.: *verticulas* cum dicit Lucilius, articulos voluit intelligi.

14. Serv. P. Danielis ad Aen. X. p. 329.

15. Non. p. 157. *nam tu* mg. I. prob.

15. — — ne agitarem manu tu
Pessulum et hunc vectem possis cuneis ipso.
16. Longior hic quam grus, grue tota cum volat olim.
17. Concursare agros, catulos foetumque ferarum.
18. Cumque hic tam formosus tibi, ac te dignu' puellus.
19. Subicit huic fuldum, fulmentas quattuor addit.
20. Qui edit se, hic comedit me.
21. Obtursi ebrius.

LIB. V.

1. Quo me habeam pacto, tametsi non quaeri' docebo.
Quando in eo numero mansti, quo in maxima nunc est
Pars hominum, ut periisse velis, quem visere nolue —
Ris cum debueris. Hoc Nol — et Debueris te
Si minu' delectat, quod *ἄτεχνον* Isocratium est; *O-*
*Χληρῶδες*que simul totum ac *συμμειρακιῶδες* :
Non operam perdo. Si tu hic....

Dusa *pessulis* M. *cuneo* ci. Dusa. corrige: ne agitare manu tu pessulum et hunc vectem possis cuneasse vel ipse.

16. Non. p. 141. b.

17. Non. p. 310. a. *concursare* ci. Gifan. *concussaret* Frut. *aegros* A. Gif. *apros* ci. Scal. *agens* ci. IDusa. *ferat* Codd. *ferarum* A. I. Dusa. sed *concursare* recte se habet.

18. Non. p. 108. b. pro *tibi* vulgo: *homo* cfr. Prisc. p. 697. P.

19. Non. p. 140. b. *sufficit huic dum* f. A. I. *sufficit huic: clavis* f. *subicit huic fulcrum* ci. Salmas. *subicit fulturae* ci. Gerlach. *subicit* haud dubie rectum; de ceteris dubitare licet.

20. Priscian. P. 893. lege: *qui se edit* etc.

21. Priscian. p. 780. P.

22. Ap. Non. 9. b. ex libro IV. laudatur cfr. Lib. II. fr. II.

LIB. V.

1. A. Gell. N. A. XVIII. c. 8. '*Ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα* ceteraque huiusmodi scitamenta, quae isti *ἀπειρόκαλοι*, qui se Isocraticos videri volunt, in collocandis verbis immodice faciunt et rancide, quam sint insubida et inertia et puerilia, facetissime hercle significat in quinto Satirarum Lucilius. Nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viseret, haec ibidem addit festiviter: etc.

Tametsi haud ci. Dusa cfr. Schneid. Gr. Lat. I. 2. p. 741. not. *mansti* cor-

2. Nam si quod satis est homini, id satis esse potisset,
Hoc sat erat: nunc cum hoc non est, qui credimu' porro
Divitias ullas animum mi explere potisse?
3. Sicuti cum primos ficos propola recentis
Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos.
4. Nam omnibus unus dolor receptus labosque.
5. Si tam corpu' loco validum ac regione maneret,
Scriptoris quam vera manet sententia cordi.
6. Dic quando cogat vis ire minutim
Per commissuras rimarum nocti' nigrore.
7. Sannunt solis mihi in magno moerore
Tristitia in summa crepera inventu salutis.
8. — — Hic solus vigilavit, opinor,
Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

---

rexit Nannius Miscell. 4. 26. pro *mansi* quod est in Cod. Guelf. idem deinde: *quo maxima non est.* falso. *quem visere nolueris* hunc verborum ordinum dederunt Guelf. Reg. Mem. Chifl. Lugd. ut Pet. et Sciopp. atque Iunt. Vulgo inde ab Aldo: *quem nolueris, cum visere deb.* Dusa: *hoc nol'* et Debueris te* ut versus sibi constaret. Gron. pat. *hoc uolue et debueris te"* in libris est: *nolueris.*—*ἄτεχνον* ita Edd. inde a Iunt. Guelf. *quod a te non;* Scal. lectt. Auson. 2, 4. *τεχνίον Is. est Δηρωδεsque similu; tum συμ.* Dusa: *Isocrataeum est.* Nannius ut supra in fine Guelf. Mem. Chifl. Pet. et Sciopp. *sicuti hic.* Edd. ante Iunt. *si tu haec.* fortasse: *sic tu hic.*

2. Non. p. 302. b. *pōtis esse potisset* Cod. sed *potis esse* om. Edd. *potuisset* ante I. Gifan. *mi expl.* IM. *potuisse* ante A. *posse* C. A. I. *potesse* Gifan.

3. Non. p. 106. b. *Protuli item* et *ad* Codd. *primiter ficos* ante M. *primus* Scal. M. *propala* ci. Turn. prob. I. *protulit et* ci. I. Gifan. Turn. Gulielm. M. *attulit* Scal. dat *primitus* ci. I. Gifan. Scal. M. confirmat ipse Lucil. ap. Non. 192. a.

4. Serv. ad Aen. X. 398.

5. Non. p. 118. a. *scriptores* Codd. *scriptoris* ci. Dusa.

6. *Quando* ms. Guelf. chart. *cogitat* idem Paris. 7657. Bentin. I. *tus in* ms. Paris. 7666. Vossian. 116. *tussire* pessime ci. Reuvens. *vidire* M. *vigore* ante A. *rigore* ms. Basil. *errore* M. de *visire,* i. e. peditum ventris sine crepitu emittere cfr. Scalig. ad Catull. Epigr. 54. Inde aliquis hanc lectionem conficiat: *dic quando cogitet visire minutim.*

7. Non. p. 8. b. locus desperatus. Scalig. emendavit: *Samni in sole m. i. m. m. metaque Fr. i. summa cr. in re inventu' salutis.* Palm. S. *Sane tute sole m. i. m. m. crepera re inventus ventu'* s. Merc.: *sane tu solus — Fr. i. summa crep. in re portus salutis.* Equidem emendaverim: *Sanus tu solus magno in moerore metuque, Tristitia in summa crepera in re inventu' salutis Portus.*

8. Priscian. p. 903. P.

9. — — et Divos ture precemur
Consilium fassi placent, tune impune superbis.
10. — — Veterum unum cecidisse tamen se senem
Tiresiam aequalem constat. — —
11. Ne designati rostrum Praetori', pedesque
Spectes — —
12. Laelius pauperem ait se ingentia munera fungi.
13. Lippus edenda acri assiduo cepariu' cepa
Lacrimosa — —
14. Intybu' praeterea pedibus praetensus equinis.
15. Flebile cepe simul lacrimosaeque ordine tallae.
16. Urceus et gemina longus mixtarius ansa.
17. Macte, inquam, virtute simulque his versibus esto.
18. Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.
19. Lascivire pecus nisi rostrique repandum.
20. Postquam praesidium castris educere crevit.

---

9. Non. p. 91. b. *fas si placeat* ci. Canter. *placet* M. *pacem* ci. M. *tunc imp.* ci. I. Canter. *tunc imp.* ci. M. *luparis* ci. Canter. *consilium faxint placeat, tu impune luperis* Scal. *luperis* probant Bongars. Reuvens. lego : *fac sis* (i. e. si vis) *placeat, tum i. luperis.*

10. Non. p. 161. a. *verum un.* ci. Merc. *se* om. A. I. 1583. *si* ci. Gerl. *seve Tiresai* ci. Merc.

11. Non. p. 309. a.

12. Non. p. 329. *Laevius* L. A. *Livius* 1480. I. *levius pauper ait* vel *pauperie hac* ci. Dusa. *lentus pauperiem ac se* ci. Gifan. sed nullus hic coniecturis locus est.

13. Non. p. 136 *edendo* ci. I. *acria assiduo* AI. *assidue* ci. Leop. *ceparius* om. ci. M. *lacrimosa* om. ci. I. Leop. sed nihil omitendum neque mutandum.

14. Non. p. 141. b. *ped. perserpsit* vel *proserpsit* Charis. p. 77. P. (p. 56. L.) Lucilius in quinto deridens rusticam coenam, enumeratis multis herbis etc. *praeserpsit* Scal.

15. Non. p. 136. *Talpae* est in Codd. sed *talla* χρομμύον λέπυρον Glossae vett. ,,talia folliculum cepae" Paul. p. 358. ita ci. Scal. probb. Columna Dusa. Popma. *scillae* ci. I.

16. Non. p. 374. a. *aut longo* ms. Basil. ante A. *longa geminus m. ansa* 1526. I. *longus gemina m. aurc vel ansa* ci. Dusa. omnia bene se habent.

17. Non. p. 233. Serv. ad Aen. IX. 641. *hic* pro *his* N.

18. Priscian. p. 881. P.

19. Non. p. 108. a. *iussit rostrique rep.* ci. Crinitus 1526. I. *iussit dorsique rep.* ci. Dusa. *iussi* ad litterarum ductus probabilius. sed ad sensum *simum*, quod verum puto ; haec enim propria delphinorum epitheta.

20. Non. p. 178. b. *decrevi* G. Bb.

21. Maior erat natu; non omnia possumus omnes.
22. Custodem classis catapulta instila sarissas.
23. Possisne elabi, an porro prodenda dies sit.
24. — — Interea stat sentibu' pectus.
25. — — Et cruribu' crura
Dilaxat. — —
26. Adipatam pultem.
27. Fiscina fallaci cumulo. — —
28. Scutam ligneolam cerebro infixit.

LIB. VI.

1. Cui neque iumentum est, nec servus, nec comes ullus
Bulgam, et quidquid habet nummorum, secum habet ipse:
Cum bulga coenat, dormit, lavat: omnis in una
Spes hominis bulga: hac devincta est cetera vita.
2. Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis cervicibu' possent.

---

decrevit W. L. *crevit* 1483. M. *crevi* Dusa. *crevit* haud dubie rectum.

21. Macrob. Sat. VI. 1. p. 575. Ed. Zeune.

22. Non. p. 380. b. *istila* W. princ. M. *instila* 1480. A. I. *hastile* ci. T. corrigendum aut *catapultas tela* aut *catapultis tela*.

23. Non. p. 248. b. *possitne* vulgo. *porro* recte Dusa ex Donato ad Ter. Andr. II. 1. 13. revocavit.

24. Non. p. 266. b. cfr. Gell. VIII. 5. *st. f. fundus* mg. I. ex Donato ad Ter. Andr.

25. Schol. Cruq. p. 520.

26. Charis. p. 53. Lind. 74. P.

27. Servius P. Dan. ad Virg. Georg. I. v. 266.

28. Priscian. p. 618. P. laudat ex L. VI. sed plurimi Codd. ap. Krehl ex quinto Lips. III. in tertio. pro *scutam* Dresd. Erl. I. *scutulam*.

LIB. VI.

1. Non. p. 55. b. *lavit* cett. Codd. et Editt. ante A. *lavat* W. *Seti hominibus*. Codd. *spes hominis* ante M. *homini* M. *haec devincta certo est* Codd. *hac devincta est cetera vita*. Emendatio Stephani ut videtur, qua meliorem non invenio.

2. Non. p. 247. b. *montibu'*... *cervicibu'* Scal. app. coni. p. 72.

3. Haec, inquam, rudet e rostris atque eiulitabit
Concursans uti ancarius clareque quiritans.

4. — — Impune peccare rati sunt
Posse, et nobilitate facul propellere iniquos.

5. — — Thaunomeno, inquit, calva sororem
Lanificam dici siccam atque abstemiam ubi audit.

6. Si hic vestimenta elevit luto, ab eo risum magnum
Ad cachinnum imprudens subicit.

7. — — Qui te bonus Iuppiter, inquit,
Crasso Mucium cum coenabat dominum fortem.

8. Quid ipsum facere optes.

9. Nequitia occupat os, petulantia prodigitasque.

10. Si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus.

11. Id solum adversae fortunae reique resistit.

---

3. Non. p. 13. b. *heiulitabit* W. L. A. *eiulitabit* Varro VII. 103. Turn. Dusa Scal. *hinnilitabit* ci. I. Dusa. *heilitabit* Scal. coni. p. 81. *ancarius* W. L. mg. I. Turn. *angarius* ci. I. *velut angarius* ci. Scal. l. l. Turn. *arenarius* I. Dusa *ancarius* A. *haec eadem* Turn. Adv. XVII. 24. *haec* W. L. Varro. quod pro accusativo habuit Dusa. Caeterum emendaverim: *Concursans veluti* ut metrum constet. Schmidt. minus recte: *ancarius ut*. antepenultima enim apud Graecos brevis est. Graeca vox, ἄγγαρος et ἀγγαρήιος ex Persico sermone deducta, regios nuntios significat, qui equo vel curru vecti mandata celeriter perferunt. cfr. Turn. l. l. vocabulum et Ciceronis aetati notum et Iurisconsultis saepius usitatum cfr. A. Gell. XIX. c. 14. fin. et Forcel. ceterum utra scriptura *anc.* an *ang.* praestantior sit, perduci vix ad liquidum potest.

4. Non. p. 76. a.

5. Non. p. 49. b. *calva* ci. I. Animad. 6, 21. prob. Weichert p. 161. *balba* ci. IDusa. *valva* Codd.

6. Non. p. 72. b. Ios. Scal. hos trochaeos esse monuit ex libro XXVI. non ex VI. quo iure, alii videant. *subiicis* vulgo.

7. Non. p. 193. a. *inquit Crasi*, sic *apud Mutinum* ci. I. cfr. Lips. Saturn. I. extr. *te bone* (u spl) *I.. i.. Mutivit, q. coenabit. d. fore Crasso* ci. Scal. *Crasso Mutiu' quum cenas dominus foris* ci. I. Dusa. *Mucius censebat dominum fore* ci. Merc. P. Mucium P. F. Q. N. Scaevolam et P. Licinium Crassum Mucianum intelligendos esse putaverim. locum ita emendo: qui Oh! bonu' Iuppiter inquit,
Crasso Mucius cum coenat dominus fuerit iam.

8. Serv. ad Virg. Aen. I. 76. emendo: *quodque*.

9. Non. p. 109. a. *hos* ci. IDusa. *os* 1526. I. *peculantia* L. A. *petulantia* 1526 I.

10. Non. p. 93. b.

11. Non. p. 341. b. *reque* Dusa.

12. Hortare illorum si possim capi sortiri.
13. Tres a Deucalione grabati restibu' tenti.
14. Pluma atque amphitapae, et si aliud quid deliciarum.
15. Per zonatim circa impluvium cineraris cludebat.
16. Hoc tuapte credit quemquam latrina petisse.
17. Pretium emit, qui vendit equum musimonem.
18. Suam enim invadere atque innubere censent.
19. — — non te porro procedere porcent.
20. Salvere iubere salutem est mittere amico.
21. Date bibere summo.
22. Sardinensem terram.
23. Quarum et abundemus rerum et quarum indigeamus.

12. Non. p. 339. b. *illorsum si* ci. Scal. *capi* Al. *capiti* mg. I. *captus* ci. Scal. Fr. Dusa *ortiri* L. *oriri* ante A. Scal. *potiri* ci. Fr. Dusa. *captu' potiri* verum iudico.

13. Non. p. 123. b. *grabbati* W. 1526.

14. Non. p. 370. a. *plumae* ci. Fr. Dusa. *divitiarum* mg. I.

15. Non. p. 149. *vi: zonatim* Edd. *cinerari' cluebat* Scal. *cumeram is cludebat* ci. I. *cinerarios cludebat* ci. Lips. prob. M. *Per* initio positum haud dubi e priore *per gyrum* repetitum. corrige: *cinerarius ludit.*

16. Non. p. 144. b. *tuapte* Codd. *quanquam* Edd. *quemque* A. *perisse* M. *credis* Dusa. fortasse *hic* legendum.

17. Non. p. 94. b. *praedium* ci. Dusa. sed *pretium* eodem sensu ut apud Ovidium: *in pretio pretium nunc est.* vel apud Horatium: *Converso in pretium deo*: i. e. lucrum facit.

18. Non. p. 86. b. *innubere* positum transire, quod hae, quae nubent, ad domus maritorum transeant.

19. Non. p. 109. b.

20. Non. p. 221. *sal. — amico.* non explicandi causa addita, sed pars versus sunt.

21. Don. in Andr. II. 3. 4. *e. s.* Lindenb. *ab summo* Dusa.

22. Porphyr. ad Hor. Satyr. I. 3. 3. ibi *Lucius Sarcitius* commemoratur, quod ex *Lucilio* corruptum esse statuunt.

23. Non. p. 359. b.

LIB. VII.

1. Hanc ubi vult male habere, ulcisci pro scelere eius,
Testam sumit homo Samiam; hoc, inquit, mihi telo
Praecidi caulem, testesque una amputat ambo.
2. Dixi, ad principium venio, vetulam atque virosam
Uxorem caedam potius, quam castrem egomet me.
3. Qui te diligat, aetati facieque tuae se
Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.
4. — — Servorum est festu' dies hic,
Quem plane hexametro versu non dicere possis.
5. Rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor,
Expolior, pingor. — —
6. Hunccine ego unquam Hyacintho hominem Cortinipotentis
Deliciis contendi. — —

LIB. VII.

1. Non. p. 271. a. *pro cele* MSS. recte emendavit D. *scelere*. *samiam ibi an uno telo inquit* Cod. W. L. *samia mibia nuno* — *praecedit* B. inde D. *sibique illico telo* praecidit et *inquit* om. quod reposui ex coniectura, propius ad litterarum ductus accedere videtur.

2. Non. p. 13. b. *cedam* W. L.

3. Aul. Gell. N. A. IX. c. 14. §. 23. *diligit* MS. Thys. et Edd. vett. ante Steph. *diligat* Gronov. Codd. omnes Guelf. et Steph. *aetatis* Iunt. *favitorem ost. se* Sciopp. ex vett. Cod. *se etiam* Cod. Torn. Guelf.

4. Schol. Cruq. p. 563. a. ad Hor. Sat. I. 5. 87. Caeterum Sigillaria intelligit quae in continenti post Saturnalia celebrabantur.

5. Non. p. 66. a. *sador* W. L. quod vocabulum etsi apud Tertullianum legitur tamen non huius est loci. *rador* ci. Stat. Turn. Dusa M. *scabor* Scaliger et Carrio. *subbellor* Codd. sed nonnisi scripturae mendum pro *subvellor* quod defendit Stat. Turn. Scal. Dusa. *suppilor* Bentin. *suppillor* Carrio. *subellor* nescio quis i. e. subere fricor, quae vox nulla est. pro *Expilor* ci. D. *Expolior* recte. pro *pingor* Bentin *ungor*. perperam. cfr. Plin. N. H. XXXV. 21. „sed et ii pumices qui sunt in usu corporum laevigandorum feminis" cfr. Plaut. Pseud. I. 2. 9. „lavari aut fricari, aut tergeri aut ornari, poliri expoliri, pingi, fingi." Seneca controvers. „Ite nunc et in illis vulsis atque expolitis.... quaerite oratores." quibus quidem locis et *subvellor* et *expolior* confirmatur. *expilor* etiamsi recte dicitur pro *suppilor*, tamen post *ornor* et ante *pingor* poni non potuit.

6. Non. p. 176. b. hunccine ego u. Hyacinthi ci. Scal. ad p. 7. *huncne inquam*... *Deliacis contendi* ci. Gif. p. 437.

7. Quinque hastae, aureolo cinctu rorariu' veles.
8. Primum fulgit, uti caldum ex fornacibu' ferrum.
9. Si movet ac simat nares, delphinus ut olim.
10. Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere lumbis.
11. Aetatem et faciem, ut saga et bona conciliatrix.
12. Fryne nobilis illa ubi amatorem improbius quem.
13. Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique.
14. Queis oculi non sunt, neque nasum, et qualia sunt.
15. Tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum.
16. Solam auram adversam segetem immutasse satumque.
17. Caldissima ac bene plena iam solorum, atque anseri' collus.
18. — — Rate ad catulos accedere inultum.
19. Muginamur, molimur, subducimur.
20. Eodem pacto ogannis.

---

7. Non. p. 380. a. *velox* ante M. *veles* mg. I. in Cod. est *velis*.

8. Non. p. 345. b. *fornaceum* 1526. I. *ex fornacibus* Dusa prob. M. sed vide ne in *fornacium* littera *m* elidatur.

9. Non. p. 115. b. *Sunnavit taxim* ad ante M. *simmavit taxim ad* ci. I. Turn. *si movet aximad n.* Codd. W. L. unde recte verum restituit R.

10. Non. p. 12. b. *illa* W. L. A. sed *illam* recte emendatum est. *tum vis* W. L. MSS. M. A. 1526. om. B. recte M. correxit *lumbis*, quod et ad sensum et ad litterarum ductus multo praestantius est quam *cunnis* ap. Dusam.

11. Non. p. 14. a. „sagae dicuntur feminae ad lubidinem virorum indagatrices."

12. Non. p. 240. b.

13. Non. p. 13. b.

14. Non. p. 145. 46. *quos — et qualia.* Codd. *quis o.* mg. I. Dusa *aequalia sunio* ci. Scal. *et qualia nobis* ci. I. Dusa. *et cilia fronte* ci. I. *sunt* ex repetitione superioris *sunt* ortum; *nobis* reponendum censeo.

15. Non. p. 338. *tristis* Codd. *tristes* I.

16. Non. p. 268. a. *solem* S. *satumque* Dusa recte.

17. Non. p. 136. b. *caldissime* L. *calidissime* W. M. *caldissima* Al. Dusa. illud metrum, hoc sensus respuit. *plena iias olorum* Codd. unde *iam solorum* I. locus difficillimus. *olorumne* an *olerum* legendum sit, admodum dubium; neque *iam* ferri potest; multo minus *solorum*. fortasse legendum : *callosa ova ac bene plena; tunc olorum atque anseris collus.*

18. Non. p. 360. a. *rate — accederet — inultum.* Codd. *rete* ci. IDusa. *acceleret* A. *accedere* IDusa recte ut videtur *multum* Editt.

19. Non. p. 95. a. *molimus* Codd. *molimur* 1526. IM. cfr. Non. 236. ubi omnia sana.

20. Non. p. 305. b. *Pactolo gannis* Codd. *pacto ogannis* ci. Dusa.

21. Usque adeo studio atque odio illius efferor.
22. Hic est Macedo, si Acron longius flaccet.

LIB. VIII.

1. Gallinaceu' cum victor se gallus honeste
Sustulit in digitos primoresque erigit ungues.
2. Cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
Fingens compono, hoc est, cum ψωλοκοποῦμαι.
3. Verum flumine uti atque ipso divortio aquarum
Ilignis pedibus cercurum concinat aequis.
4. — — Quod gracila est, pernix, quod pectore puro,
Quod puero similis — —
5. Tum latus componit lateri, et cum pectore pectus.
6. Si omne iter evadit, stadiumque acclive tolutim.
7. Sallere muraenas, mercem in frigdaria ferre.

---

21. Serv. ad Aen. XII. 646.

22. Non. p. 76. b. *flacet* W. *Si agrion* W. M. in L. *i.* compuncto. *Si agron* Al. *fragrion* auli A. cfr. Appuleii Apol. T. II. p. 405. Ed. Bosscha. pro *Acron* Scal. ci. *lorum* i. e. penis et hunc versum cum fragm. II. lib. 8. coniungit.

LIB. VIII.

1. Non. p. 290. b. *oneste imtulit us* Codd. *caelitus et digitos primores erigit* ante A. *sustulit in digitos primoresque erigit* A. I. M.

2. Non. p. 177. b. et 211. a. *fictrices* W. L. priore loco omissum. *labellas fictrices* ci. I. *fingens* Vulg. A. I. prob. M. eandemque lectionem ipse Nonius suadere videtur, ubi haud ex W. *fingere iungere* restituendum est. *Φωλοκοπουμαι* ci. I. litterarum ductus in Codd. secutus.

3. Non. p. 365. a. *flumine* bene coniecit Dusa; idem recte *aquarum* in fine versus adposuit, *ilignis* pro *igneis,* quod est in Codd. coniecit ita iam antea Al. pro *concinit* quod D. coniecerat, *concinnat* repono. In Codd. est. *verum flumen uti atque ipso divortio igneis pedibus cyrcerum concurret equis*, ex quibus verbis vix probabilem eruas sensum.

4. Non. p. 333. a. *puro quod* om. W. *pede quod pernix* ci. I. Dusa. *pernix, plano quod pectore* ci. Scal. sed omnia sana, quod iam ex verbis in Cod. W. omissis intelligitur.

5. Non. p. 177. b. *tuum latum* Cod. *compone latus* Dusa falso.

6. Non. p. 5. a. *omnem inter* W.

7. Priscian. Ed. Putsch. p. 909. ubi *murenas* legitur *frigidaria* etiam ap. Krehl. p. 514. Vol. I.

8. Verum et mercaturae omnes et quaesticuli instituti.
9. Hiberam insulam fomento omnicolore colustra.
10. Pistrinum appositum postico, cella, culina.
11. Lena manu lacrimas mutoni absterget amica.
12. — — gigeria sunt
Sive adeo hepatia — —
13. Lentet opus.
14. Vinibuae.

LIB. IX.

1. Intu' modo stet
Erectus subteminis panus.

---

8. Non. p. 144. a. *isti intuti* ci. Scal. Dusa. perperam.

9. Non. p. 59. b. haec quid sibi velint, plane incertum.

10. Non. p. 147. b. *pistrino* ci. Fr. Dusa. *oppositum postico* ci. Gulielm. pro *posticum*. quod magis probabile. in Codd. est *sella* Dusa et Gul. *cella*. recte.

11. Schol. Cruq. p. 318. a. Porphyrio in Editione Basil. 1555. p. 287. eadem ex libro IV. laudat his verbis: *laefo iam lachrymas mutoni abstergit amica.*" Dusa: *A laeva* et hanc lectionem antiquissimi manuscripti Codicis auctoritate comprobari affirmat; quod in medio relinquo.

12. Non. p. 82. b. *gigerini* ante 1526. M. *gigeria* 1526. I. *gigeriae* Scal. *hepatia* I. M. *gigeria* Fest. p. 95. Ed. OM. sed is explicat: ex multis obsoniis decerpta.

13. Priscian. p. 801. P. 381. Kr. Endlicher Anecdota p. 172.

14. Non. p. 57. b.

LIB. IX.

Isidorus: Orthographiam, id est, scripturam rectam contra imperitiam librariorum Lucilius poeta primum scripsit. Terent. Scaurus: p. 2255. P. *Lucilius in IX. Satirarum de Orthographia praecipiens. Velius Longus* p. 2214. P. *Lucilius in IX. de literis disputat.*

Porphyrion lib. I. Sat. 10. *ad illa Horatii: Nil comis tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet versus Enni gravitate minores?* Comis Lucilius propter urbanitatem dicitur, et mutat pro eo, quod emendat, positum est. Facit autem Lucilius hoc cum alias, tum vel in tertio libro, et nono, et decimo. p. 341. Ed. Basil. 1555.

Quintilian. lib. I. c. 13. AI syllabam, cuius secundam nunc E literam ponimus, varie per A et I efferebant, quidam semper, ut Graeci, quidam singulariter tantum, cum in dativum vel genitivum casum incidisset. Unde, *pictai vestis, et aulai,* Virgilius, amantissimus vetustatis, carminibus inseruit. In iisdem plurali numero E utebantur, hi Sillae, Galbae. *Est in hac quoque parte Lucilii*

2. A primum est, hinc incipiam, et quae nomina ab hoc sunt.
A, primum longa brevi' syllaba: nos deinde tamen unum
Hoc faciemus, et uno eodem, ut dicimu', pacto
Scribemus, PACEM, PLACIDE, IANUM, ARIDUM, ACETUM,
Ἄρες Ἄρες Graeci ut faciunt. a. r.

3. Hoc non multum abest cacosyntheton, atque canina
Si lingua dico, nihil AR me; nomen hoc illi est.

---

praeceptum, quod, quia pluribus explicatur versibus, si quis parum credat, apud ipsum in IX. requirat. Censorin. de die n. c. 3. Nonnulli binos genios in iis duntaxat domibus, quae essent maritae, colendos putaverunt. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit adpositum: quam rem apud Lucilium in libro satyrarum nono licet cognoscere. Martian. Capella III. §. 266. Lucilius dativo casu A et E coniungit dicens: huic *Terentiae Orbiliae*.

1. Priscian. p. 618. P. Krehl. I. 138. ubi plures Codd. lib. IX. habent. in nonnullis Edd. pro *modo* est *vero*. Ven. 1. 2. utrumque coniungunt. *vero modo*. unde Dusa *ero modo* coniecit. *subteminis*, Krehlio teste optimi libri, vulgo *subtegmine*. Sed genitivus est etiam ap. Charis. p. 81. P. p. 59. Lind. accedit Nonius p. 102. b. ubi: *foris subteminis panus est* legitur. Sed is quoque lib. IX. cfr. Cuiac. observ. XI. 6. *pannus* (suprascripto *u*) est in W. Inde haec verba ita emendanda et ordinanda esse

Intu' modo stet
Erectus subteminis panus.

et *panus*, quod de tumore inguinum dicitur, hoc loco pro ipso pene, *subteminis* pro *tunica* positum esse, statuo. Nonii locus fortasse diversus a nostro. cfr. Schmidt: *C. Lucilii Satirarum quae de libro nono supersunt disposita et illustrata*. Berolin. 1840. p. 40.

2. Terent. Scaur. de Orthogr. p. 2255. ,, primum igitur per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi longas syllabas voluit: nam singulares vocales et produci et corripi possunt. Unde etiam Lucilius in IX. de orthographia praecipiens ait:

Longa et ci. Dusa et D. Heins. in append. ad Horat. *aut* Fr. Ritter Elem. Gram. Lat. II. p. 109. sed coniunctione omissa utrumque *a* eodem modo scribi ipsa oratione significatur. Quare multo minus *ab* admittendum, quod Schmidtio placuit. Scal. *longibrevis* unde hoc certe fit manifestum, eum in asyndeto non offendisse cfr. Horat. II. 3. 26. ,,omnium versatur urna, serius ocius sors exitura." *diximus* Dusa. *uno eodem* idem. ap. Putsch. *que* additum. quod alias omittitur cfr. XX. ,,*atque eodem uno tempore*" XXIX. ,,eodem uno hi modo rationes subducent suas." A. XXVII. 1. ,,eadem una maneant in sententia." cfr. Gifan. Collect. in Lucret. LB. 1595. p. 334. eodem trisyllabum et in *uno* posterior syllaba non eliditur. cfr. Lucil. fragm. Ed. Dusa. XXX. II. 6. inc. 31. 46. de Ἄρες ἄρες cfr. Martial. Epigr. IX. 12. 13.

3. Vel. Long. de orthogr. p. 2214. ,,inventi sunt tamen, qui et sine vocali

4. — — atque ACCURRERE scribas
D ne, an T, non est quod quaeras atque labores.
5. ABBITERE multum est D siet, an B.
6. Iam PUERREI venere: E postremum facito, atque I
Ut puerei plures fiant. I si faci' solum

---

putent posse syllabam fieri. Nam animadvertimus apud Comicos S et T sqq. Sed scilicet si hoc sectentur possent etiam plerasque consonantes et omnes vocales pro syllabis ponere. Nam apud Lucilium in IX. (in quo de litteris disputat) omnem vicem syllabarum implent, quum dicit:

Ar. Non multum abest hoc emend. Iun. *ar me* emend. Dusa pro *ad me*. χακοσύνδετον graece scribendum est cfr. Quinct. VIII. 3. 59. et Charis. p. 243. et Diomed. p. 446. quod pronomen hoc in verbis: *nomen hoc illi est*, correptum est, auctoritate Virgilii satis defenditur.

4. Vel. Long. de Orth. 2225; in his partibus orationis, quae incipiunt a litera *c*, non facile potest hac praepositione (sc. *ad*) admota sonare *d* litera. Haec similiter litera geminatur in eo quod est *capio, accipio*. Itaque Lucilius: etc. *atque* ci. Dusa; contra Schmidt *accipere* anteponendum esse censuit

5. Vel. Long. de Orth. p. 2225. P. *abbire* etiam quidam geminata b. maluerunt et dicere et scribere ut intermissa d. Et in hoc nullam differentiam putat esse Lucilius, qui ait: etc. corrupte. Dusa emend. *nonnullam diff.* melius Schneid. gr.-lat. 1. 2. p. 632. „abbitere etiam quidam geminata b maluerunt et dicere et scribere, ut intermissa d, geminetur b, sed in hoc multam differentiam putat esse Lucilius:" recte si quid video. sed ipsa Lucilii verba melius Schmidt. qui pro *sive*, *siet* legit et *habet* in fine omittit; quippe quod facile ex sequentibus huc transferri potuerit. Itaque pro Schneideri coniectura: abbitere multum est

d sive an b habet

rectius locum ut supra constituit.

6. Quinct. Inst. Or. I. 7. 15. Ed. Spald. diutius duravit, ut e. i. iungendis, eadem ratione qua Graeci ει uterentur. ea casibus numerisque discreta est ut Lucilius praecipit. — quod quidem cum supervacuum est, quia i tam longae quam brevis naturam habet, tum incommodum aliquando.

Velius Long. p. 2220. Hic quaeritur etiam, an per e et i quaedam debeant scribi secundum consuetudinem Graecam. nonnulli enim ea, quae producerentur, sic scripserunt. Alii contenti fuerunt, huic productioni longam aut notam dedisse. Alii vero quorum est item Lucilius, varie scriptitaverunt: si quidem in his, quae producerentur, alia per i longum, alii per *e* et *i* notaverunt, videlicet ut differentia quadam separantes: ut cum diceremus *viri* si essent plures, per e et i scriberemus: si vero esset unus, viri per i notaremus. Et Lucilius in IX. etc.

Ter. Scaur. p. 2255. Item quod Lucilius, ubi *i* exile est, per se iubet scribi, at ubi plenum est, praeponendum esse e credit, his versibus *meile* etc. — *fiat.* quam inconstantiam Varro arguens in eundem errorem diversa via delabitur, dicens in plurali quidem numero debere e litterae i praeponi, in singulari vero

PUPILLI, PUERI, LUCEILI: hoc uniu' fiet.
Hoc ILLI factum est uni: tenue hoc facies I.
Haec ILLEI fecere: adde E, ut pinguiu' fiat.
MENDACEI FUREIQUE addes E, cum dare FUREI
Iusseris. — —
MEILE hominum, duo MEILIA, item huic utroque opu', MEILES,
MEILITIAM: tenues I, PILAM qua ludimu', PILUM

---

minime, Mar. Victorin. p. 2464. qui de orthographia scripserunt, de nulla scriptura tam diu quam de hac quaerunt; quae per i litteram singularem genitivum et quae per ei litteras nominativum pluralem faciant; locuti partim acute, ut mihi quidem videtur; (partim) inepte illud atque etiam ridicule; nam mihi quaedam succurrunt: *Pilum* aiunt militare et *vineam*, si sit subter quam milites aggerem instituunt, et sicam quae secat, et ilicem per *e* et *i* scribenda (ita emend. Schn. gr. l. I. p. 68. not.) at si *pilum* sit quo pinsitores utuntur, et *vinea*, quae ruri colitur, et [*fistula* per i.] Verba et *fistula* uncis inclusi quod ab interprete videntur adiecta esse, idque alieno loco. nam pertinent ad pilum. cf. G. Schneid. Coni. ad Catonem de R. R. X. 3.

Charis. p. 60. P. p. 43 L. „Lucius, Aemilius et caetera nomina, quae ante *U* habent *I* duplici *II* genitivos singulares finire debent, ut necesse sit adversus observationem, nominativo non minorem fieri genitivum, idque Varro tradens, vocativum singularem quoque talium nominum per duplex II scribi debere, sed propter differentiam casuum corripi. Lucilius tamen et per unum I in genitivo scribi posse existimat; ait enim: *Servandi numeri et versus* etc. nunquam enim hoc intulisset nisi et Caelii et Numeri per II huius Numeri faciundum crederet. Denique et in libro quarto sic ait. *Porro hoc filiu' Luci* etc. ita Putsch. sed in Cod. ap. Lind. fuit: „*sic ad porro hoc..... eum fecerit collum u Cornelii Cornificique et paulo post...t pueri Lucii hoc unius fieri*" quae sine melioribus libris emendari vix possunt nedum versus restitui, qui non integri laudantur. de scriptura *puerei* cfr. Spalding ad Quinctii l. l. *Luceili* debetur Douzae. de *meile* cfr. Schneider. gr. lat. p. 412. prius *addes* Scaligeri est coniectura, sed hiatum consilio retinuisse videtur poeta. in versu sexto haud dubie *mendaci furique* scribendum, quia e non iam appositum esse statuit, sed apponi vult. Ceterum similia docuit Nigidius Figulus. Gell. lib. XIII. 25.

Iam qui sequuntur apud Douzam versus, eos nullos esse facile quisque intelligat, quippe quorum partes ex plane diversis libris consarcinatae sint. sed cum Codices, ex quibus Douza sua hausit, non satis certi sint, ne de singulis quidem statui potest. Teste enim Lindemanno p. 43. apud Charis. Ed. princ. et Iabric. totus locus sic legitur. „Ait enim servandi numeri numerum servemus... quae; nunquam enim hoc intulisset, nisi et numerum per i huius... faciendi crederet. denique et in libro IV." etc. quae non huius loci sunt; unde Douza hos versus composuit:

Quo pinso, tenues I: plura haec feceri', PEILA
Quae iacimus addes E, PEILA, ut pleniu' fiat.

7. S nostrum et semi-Graece quod dicimu' Sigma
Nil erroris habet. — —

8. — — Pelliciendo.

9. Nam veluti INTRO aliud longe esse atque INTU' videmus:
Sic et APUD SE, longe aliud est, neque idem valet AD SE:
INTRO NOS VOCAT AD SESE, TENET INTUS APUD SE.

10. FERVIT aqua, et FERVET; FERVIT NUNC.
FERVET AD ANNUM.

11. Fervere ne longum, vero hoc lectoribu tradam.

12. Non haec quid valeat, quidve hoc intersit et illud
Cognoscis: primum hoc, quod dicimus esse poëma,

Quare servandi numeri et versus faciendi
Nos Caeli, Numeri, numerum ut servemus modumque
porro hoc si filiu' Luci
ferit collum ut Corneli Cornificique;
hunc Schmidt. ita emendavit:
feceris i solum, ut Corneli Cornificique.

7. Vel. Long. de Orthogr. p. 2214. „apud Lucilium in IX. in quo de litteris disputat, omnes vicem syllabarum implent, cum dicit etc. Douza pro *et* voluit reponere *atque* quod eum prima syllaba in *semisse* producta offendit. Sed neque hoc praeter consuetudinem fieri, neque *i* ante *graece* productum posse reprehendi docuit Schmidtius p. 21.

8. Vel. Long. de Orthographia p. 2227. *Per* vero praepositio omnibus integra praeponitur, nisi cum in l litteram affinem consonantem, quam elegantioris sermonis viri geminare magis voluerunt, quam *r* litteram exprimere, ut cum *pellabor* malint dicere quam *perlabor*; nec aliter apud Lucilum legitur. in praepositione *per: Pelliciendo* quod est inducendo geminat l. Pellicere malunt quam perlicere. ex quo loco manifestum est, tantum unum vocabulum *pelliciendo* esse Lucilii et omnes Fr. Dusae, Fr. Iunii et Lindemanni ad Fest. p. 603. hariolationes esse vanas atque supervacaneas.

9. Charis. I. p. 86. P. p. 63. L. vs. 2. *Sic et* Dusa ex coniectura. idem et *alid* recte cfr. Interprett. Bentl. in Ter. Heaut. II. 2. 90. Lucret. ap. Catull. 66. 28. Charis. II. p. 133. Diomed. I. p. 323. Priscian. XIII. p. 959. Quinct. I. 5. 50. apud Charis. nulla libri nota est. sed propter argumenti similitudinem huic libro adscripta est.

10. Quinctil. I. VI. 8. Non. p. 343. Probus de verbo. Priscian. lib. IX.

11. Non. p. 343. b. *vero hoc lictoribus* Codd. *verbo hoc lectoribus* ci. Palm. Dusa.

12. Non. p. 290. a. Poesis et poema hanc habent differentiam: poesis est textus scriptorum: poema inventio parva, quae paucis verbis expeditur. lib. XI. ante A. lib. VIII. A. *non hoc quod* Codd.

Pars est parva poëma item epistola, disticha quaevis
Quae non magna, poëma;
Illa poësis opus totum, ut tota Ilias, una
Est ϑέσις, Annalesque Enni, atque istoc opus unum,
Et maius multo, quam quod dixi ante poëma.
Quapropter dico, nemo, qui culpat Homerum,
Perpetuo culpat, neque, quod dixi ante, poësin
Versum unum culpat, verbum, enthymema, locumque.
13. Quod deformi' senex, arthriticus ac podagrosus;
Est quod mancus, miser, exilis, ramice magno.
14. Arripio rostrum, labiasque huic zopyriatim
Percutio, denteisque adversos excutio omnes.

---

ante λ. *nunc haec.... quidve huic* ci. IDusa. *quidve intersit hoc et illud* ante A. *hoc* Codd. *cognosces* ci. IDusa. cum Codd. lectionem *intersiet* confirment, Dusae coniecturam, *huic* admodum probabile; sed vide ne *quidve hoc intersit et illud* praeferendum sit. *non.... cognoscis* non mutandum esse videtur.

Idem epistula item quaevis Codd. hoc loco cum metrum non constet: Dusa coniecit: *proinde ut ep. quaevis*" Schmidlius fortasse rectius, Varronis loco qui apud Nonium sequitur, permotus: *epigramma item epistula quaevis* sed mihi ad litterarum ductus propius accedere videtur: *poema item epistula disticha quaevis quae non magna p. est.* reliqua pars versus desideratur, quem ad explendum, Dusa coniecit: *Cuiusvis operis pars est non magna poëma* quod supplementum ipse sensus respuere videtur, nam non cuiusvis operis partem poema dictam esse putaverim; accedit quod versuum ordinem turbavit. neque ulla probabilis causa afferri potest, cur hoc potissimum loco haec verba omissa sint. quare haec omittere quam aliena auctori obtrudere melius puto. *totaque illa summa* haec optime emendavit Dusa: *ut tota Ilias una:* ex Varronis enim verbis admodum fit probabile, cum Ennii Annalibus etiam Iliadis mentionem factam fuisse. vs. 6. *at quaestus unum* mg. I. Merc. 2. unde Dusa bene coniecit: *atque istoc opus unum* facile enim est ad intelligendum, *opus* propter praecedens *istoc* et sequens *unum* excidisse. *multo est* Codd. *est* delevit Dusa idem pro *perpetuo* quod est in libris, *perpetuum* ci. *tima locum* W. M. *entymema mema locum* Cod. L. *ent. malignum* mg. I. Dusa. Equidem coniecerim *enthymema locumque. malignum* enim nullibi, id quod volunt interpretes, significat.

13. Non. p. 115. b. ἀρϑριτιτος W. *apopititus* L. *appetitus* ante M. *arthriticus* mg. I. M. *ac paedidus* ci. Scal. Lips. *misereque* ci. Dusa. sed *est* antepositum, quod est in libris.

14. Non. p. 309. a. *labeatque hoc zeferiatin* Cod. L. *labeasque* ci. Bentin. M. Varges. *labiasque* ci. I. Dusa Schegk.

15. Nam laterem qui ducit, habet nihil amplius unquam,
Quam commune lutum e paleis, coenumque acerosum.
16. Si nihil ad faciem, et si olim lupa, prostibulumque
Nummi opus atque assis. — —
17. — — Quid ego si cerno ostrea — —
Cognorim fluvium, limum ac coenum sapere ipsum?
18. Frumentarius est. modium hic secum atque rutellum
Una affert. — —
19. — — Labora
Discere ne te res ipsa, ac ratio ipsa refellat.
20. Tu milli nummum potes uno quaerere centum.
21. Scaberat ut porcus contritis arbore costis.
22. Hinc ancilia, ab hoc apices, capidasque repertas.
23. Praesul ut amtruat inde ita volgu' redamtruat olli.

Zepheri atque in M. *hoc zeferiatim* A. I. *hocce feriatim* ci. Bentin. *hasce fer.* vel *huiusce viri atque* ci. Schegk. *huius zephiri atque im* ci. Dusa *osque ferio atque im* ci. M. *hic zopyrioni* ci. I. *huic zephyrioni impercutio* Westerhov. *zopiriatim* ci. Varges. *huic* ci. Roth.

15. Non. p. 302. b. *amplius nam quam* Codd. *unquam quam — acerosam* mg. I. Dusa. *aceratum* ci. Fr. Dusa.

16. Non. p. 539. b. *et si olim* Codd. *solum* ci. Lips. prob. Dusa et M. *numini* W. A. I. M. *atque abeit* AI. *atque assis* ci. Lips. prob. Dusa et M. *numi* L. *nummi* Dusa recte, nam genitivus desideratur.

17. Non. p. 147. a. *ostrenae* L. mg. I. M. *ostreas: Lucrinas* A. I. *ego simul ostrea coeno* ci. Fr. Dusa. *cognorim* 1526. I. *non norim* ci. I. Dusa. quod verum puto.

18. Non. p. 11. a. *atque etrut.* W. L. *unam* W. B. *unum* L. A. I. 1583. *una* ci. Turn. 8. 6. *modium secum . . . unum* Scal. Coni. p. 33. *etiam rat.* Bentin. 1526.

19. Non. p. 196. a. *Discere labora* Codd. *lab. disc. ne te res* ci. I. Dusa. *l. d. ne res ipsa ac te ratio.* ci. I.

20. Aul. Gell. I. 16. Macrob. I. 5.

21. Priscian. p. 884. P. I. 482. Kr.

22. Priscian. p. 708. I. 263. Kr.

23. Non. p. 142. a. *ut vulgus redandruet inde redantruat* ci. Scal. Varges; *redamtruet* ci. Herm. Fest. Ed. OM. p. 270. *praesul ut ampiruet, inde volgus redamplavit. praesul amptruat inde: ita volgus redamtruat ollim* emendata lectio ap. OM. cfr. Fest. „redantruare dicitur in Saliorum exultationibus, cum praesul amtruavit, quod est, motus edidit, ei referantur invicem idem motus.” inde hanc lectionem aliquis conficiat:

praesul ut amptruat inde, ita volgu' redamtruat olli.

quam coniecturam veram puto.

24. — — Ipsa secet corio omnia lora.
25. Ut discrepat hac quem rapuit Apollo fiat ergo.
26. Cursavit ut si frumentum clunibus vannat.

LIB. X.

1. Ho-
norum est iudicium Crassis, uti scripsimus ante.
Hoc est: quid sumam? quid non? in quoque locemus.
2. Pone paludatus stabat rorariu' velox.
3. Quamvis desubito trinis deducere scalis.
4. Tonsillas quoque praevalidis in funibus aptas.
5. Fluctibus a ventisque adversis firmiter essent.

---

24. Charis. p. 86. in Cod. est: *ipsa si se*; unde Lind. bene coniecit: *secet.*

25. Schol. Porphyr. ad Hor. Sat. I. 9. 78. „hoc de sensu Homerico sumpsit, τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων quem et Lucilius in Sat. IX. repraesentavit, sic dicens: Ut discrepat hac, quam rapuit Apollo, fiat ergo. significat sic liberatum se." ubi Lucilii et scholiastae verba confusa esse videntur: coniicio: ille ut discrepat hac ab eo quem rapsit Apollo

rapsit pro *rapuit* emendo cfr. Cic. de Legg. II. 9. Schmidtius contra *rapuit*, *rapuvit* vel *rapivit* legendum censuit.

26. Non. p. 12. b. *crissabitque ut* F. Dusa perperam. *cursavit* W. L. MsS. M. A. 1526. idem fragmentum Douza falso libro octavo adscripsit.

LIB. X.

Veteres Glossae in vita A. Persii: Sed mox, ut a schola et magistris diverterat, lecto libro Lucilii decimo, vehementer Satiras componere studuit, cuius libri principium imitatus est, sibi primo, mox omnibus detrectans, cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem culpaverit. cfr. A. Persii Flacii Satirae Ed. Otto Iahn. Proleg. p. LVI. et p. 238.

Porphyrion lib. I. Sat. 10. ad illa Horatii: Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet versus Enni gravitate minores? Comis Lucilius propter urbanitatem dicitur et *mutat* pro eo quod emendat positum est. Facit autem Lucilius tam vel in tertio libro et nono et decimo."

1. Non. p. 269. a. *honorum* Codd. recte. *bonorum* Dusa *horum* ci. Roth. *discribimus* libri, *descripsimus* ci. IDusa. *uti scripsimus* R. G. totius igitur loci lectio ut supra constituenda esse videtur.

2. Non. p. 380. a. *veles* mg. I. *velox* libri MsS. *paludatum* ci. Fr. Dusa.

3. Non. p. 554. a.

4. Non. p. 160. a. *consellas* MsS. *tonsillas* ci. IDusa. *validis* MsS. *praevalidis* Turn. praeterea *finibus* in *funibus* mutandum.

5. Non. p. 550. b. *adversis* 1480.

6. Languor et oppressit, pigror torporque quietis.
7. Nae! in arce bovem discerpsi magnifice, inquit.
8. Improbu', confidens, malus et nequam videatur.

LIB. XI.

1. Quintus Opimius ille Iugurthini pater huius,
Et formosus homo fuit, et famosus, utrumque
Primo adolescens, posterius dat rectiu' sese.
2. Cassiu' Caius hic operariu', quem Cefalonem
Dicimu' sectorem furemque, hunc Tulliu' quidam
Iudex heredem facit, et damnati alii omnes.
3. Luciu' Cotta senex Crassi pater huiu' παναίϑου
Magnus trico fuit nummariu', solvere nulli
Lentus. — —
4. Praetor noster adhuc quam spurcus ore, quod omnes
Extra castra, ut stercu' foras eiecit ad unum:

---

6. Non. p. 149. a. *l. et oppr.* I. *ei obrepsitque* ci. IDusa M. *quietem* ci. P. Merula.

7. Donat. ad Ter. Andr. II. 1. 24. *inquit* nonnulli Lucilii esse negant, sed falso.

8. Non. p. 179. a. *malus et nequam* ci. IDusa.

LIB. XI.

1. Non. p. 209. a. *Opimus* Codd. *Opimius* Turn. 29, 27. *optimus* A. *dare rectius sese* ci. Turn. l. l. *directius sese* IDusa. Gif. 441. *dat rectius* B. mg. I. et ita legendum.

2. Non. p. 189. b. *Furium* in libris est. *furemque hunc Tulliu' quidam* ci. Scal. ad Manil. V. *Tullius quidam iudex* Dusa. *Tullius quidni Iud.* mg. I. *furemque* verum puto; nam *Furius* primam syllabam corripit. etiam *quidam* recipiendum.

3. Non. p. 231. a. *Luciu' Cotta .... huiu' Panaeti* 1526. Bentin. I. Dusa ci. V. D. ap. Merc. I L. C... *huiu' pertucer Magnu fuit trico* Muretus Var. Lect. 3. 8. pro *huius Panaeti* cum Hadriano Iunio παναίϑου meliorem lectionem duco. Lucium Cottam, a Scipione accusatum, haud dubie intelligit. cfr. Onom. Cic. Ed. Orelli. p. 90. pro Fontei. 13. ceterum *lentus* non esse facilis per se patet; lentus fuit ita, ut nulli solveret. cfr. Guliel. II. 21. Muret. V. L. III, 18. Turn. XVII. 24.

4. Non. p. 268. b. *spurco est ore* ci. IDusa.

5. **Scipiadae magno improbus obiciebat Asellus,**
Lustrum, illo Censore, malum infelixque fuisse.

6. **— — et iam**
Coniicere in versus dictum Praeconi' volebam
Grani. — —

7. **Conventus pulcher, bracae, saga, fulgere torques**
Datis magni. — —

8. **— — Viamque**
Sternendam et iaciendum huc aggerem, et id genu' rudus.

9. **Annos hic errat iam plures, miles hibernat,**
Nobiscum meret — —

10. **Inde venit Romam tener ipse etiam atque puellus.**

11. **Nec mihi amatore hoc opu', nec tricone vadato.**

12. **Hic strigosu', bovinatorque, ore improbu' duro.**

13. **Hic ubi consessum, pellesque ut in ordine tentae.**

14. **Qui in latrina lacuque.**

---

5. Aul. Gell. N. A. IV. 17. *obiciebat* haud dubie legendum.

6. Aul. Gell. l. l. vocc. *sed iam* ignorant Guelf. Reg. Rot. et Lind.

7. Non. p. 346. b. cfr. 155. secundo loco *Datis magni*. *Datis* om. ci. Bentin. sed nihil est quod de genuitate huius vocabuli dubitemus, etsi haud facile dixeris, quo in loco Datis mentio facta fuerit.

8. Non. p. 11. a. *viamque* ci. Iun. prob. Dusa. *struendam* A. *viai sternendae* ci. M. *aggerent* A. I. 1580.

9. Non. p. 235. b. *am plures* Codd. *iam* ci. Merc. Dusa. *erat* A. *errabat* L. *et aera* ci. Dusa. *hybernat* ci. V. D. *annos hic terra iam plures miles hybera* Palmer. melius utique : *Ibera*. ci. Gerl. *Iberus?* sed coniectura ut facillima, ita huic loco maxime conveniens esse videtur *hibernat* sive *hibernans*.

10. Priscian. p. 697. P. p. 247. Kr. caeterum et hunc et priorem versum ad ipsum Lucilium pertinere putaverim.

11. Non. p. 5. b. *amore* Codd. *amatore* Dusa.

12. Aul. Gell. N. A. XI. 7. 7. ubi omnia integra — *strigosus* et *bovinator*, sed ap. Nonium p. 56. a. *sitricosus boviatorque* quod Dusa in *tricosus* mutavit. *hicce strig.* Scal. *hic 'st tric.* ci. M.

13. Non. p. 125. b. *concessum* libri. *consessum* Dusa.

14. Non. p. 144. b. *languae* Codd. *langue* A. *lang.* supra script. *ae* L. *lacuque* 1526. I. *languet* mg. L.

LIB. XII.

1. Huic homini Quaestore aliquo esse opus atque chorago,
Publicitus qui mi atque e fisco praebeat aurum.
2. Hunc iuga mulorum protelo ducere centum
Non possunt. — —
3. Firmiter hoc pariterque tuo sit pectore fixum.
4. Insignis varis est cruribus atque petilis.
5. Quibus fructibus me decollavi.
6. Assensus sum homini.
7. Liberalibus apud Atticos die festo Liberi patris vinum
cantoribus pro corollario dabatur.
8. Hunc si quid pueris nobis me et fratre fuisset.
9. Rugosum atque fami plenum.

LIB. XIII.

1. Aut forte omnino ac fortuna vincere bello:
Si forte ac temere omnino, quid cursum ad honorem.
2. Cui parilem fortuna locum fatumque tulit fors.

LIB. XII.

1. Non. p. 350. a. *e fisco* ci. Gulielm. M. *Syrisco* vel *Vopisco* ci. I. pro *pisco*, quod in libris est, haud dubie *fisco* legendum.

2. Non. p. 247. b.

3. Non. p. 350. b. *hoc probiterque* ci. Gulielm. Fr. Dusa *hoc patris atque* ci. Fr. Dusa; perperam.

4. Non. p. 102. b. *variis crucibus* Codd. *varis cruribus* 1526. IM.

5. Diomed. Ed. Putsch. p. 361. me *fructibus decoll.* Dusa; *victus* additum ap. Putsch.

6. Priscian. 801. P.

7. Diomed. lib. III. p. 485. P.

8. Serv. ad Aen. II. 77.

9. Gell. IX. 14. ap. Dusam est fragm. XV. 16. sed Codd. huic libro hoc fragmentum assignant.

LIB. XIII.

1. Non. p. 288. a. *Aut forte* Codd. *Si f.* Douza. forte: *vinceri' bello* idem. *si forte ac temere ad summum fit cursus honorem* idem. *si forte ac temere omnino quis summum ad honorem, Perveniat* e mea coniectura.

2. Non. p. 288. l. Cod.

3. Hoc fit idem in coena; dabis ostrea millibu' nummum.
Empta. — —
4. Acribus inter se cum armis confligere cernit.
5. Primum dominia atque sodalitia omnia tollantur.
6. Adde Syracusis soleas, pasceolum aluta.
7. — — Unus modo, de multis qui ingenio sit.
8. Ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.
9. Et non pauper ita ut Samio curtoque catino.
10. nam sumptibus magnis
Ampliter exstructam simulatque accumbimus mensam.
11. — Idem epulo cibus atque epulatio Iovis
Omnipotentis.

LIB. XIV.

1. Idne aegri est magis an quod pane et viscere privo?
Quod viscus? dederas tu quidem hoc in viscera large.

---

3. Non. p. 147. a. *hoc itidem* A. *his itidem* 1526. I. Dusa.

4. Non. p. 178. b. *inter sese a.* Dusa.

5. Non. p. 193. a. *tollantur* A. Dusa Turn. ad Cic. de Legg. Lips. Saturn. I. extr.

6. Non. p. 103. b. *sola — alutamen* Codd. *soleas — aluta* ci. Palmer. *alutam* Edd. praeter AM. Palmerii coniectura mihi quoque probatur.

7. Non. p. 355. b.

8. Philarg. ad Virg. Georg. IV. 25. cfr. Serv. ad Aen. IV. 158.

9. *Pauperitiae* est in Codd. *pauper ita ut.* est ex coniectura mea.

10. Non. p. 349. b. *Extructam ampliter* atque Edd. *ampiliter* L. *ampliciter* W. *am. ex. simulatque acc.* ci. M. 1. I. Dusa. *A. e. convivae acc.* ci. Fr. Dusa. *ad quam nunc.* mg. I. *mensam* AI. M. versus igitur ita legendus esse videtur:
nam sumptibu' magnis
Ampliter exstructam simulatque accumbimus mensam

11. Non. p. 138. a. versus ita ut scripsi constituendus esse videtur. *inde ep.* ci. I. Dusa *atque epulae* I. ci. Lips. prob. Dusa et M. *epula* I. ci. Stewech. pr. Voss. *epulae cibus a epulum* ci. Dusa. quae omnia supervacanea duco. falso hoc frag. Lib. XIV. adscribunt.

LIB. VI.

1. Non. p. 123. b. *dederas tu quidem hoc est* Codd. *ded. tumidum hoc in v.* Dusa. *tumida hoc in viscera large* ci. Gerl. similiter Ovidius Metamorphoseon 15. 88. *Heu quantum scelus est in viscera viscera condi.*

2. Quin potius vitam degas sedatu' quietam,
Quam tu antiquiu', quam facere hoc, fecisse videris.
3. Publiu' Pavu' mihi Tuditanus Quaestor Hibera
In terra fuit lucifugus, nebulo, id genu' sane.
4. Naumachiam licet haec, inquam, alveolumque putare, et
Calces: delectes te, hilo non rectiu' vivas.
5. Nam paucis malle ac sapientibus esse probatum,
"Η πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.
6. Si mihi non Praetor siet additus, atque agitet me,
Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus.
7. Nam vetus ille Cato lacessisse
Appellari, quod conscius non erat ipse sibi.
8. Ad regem legatu' Rhodum, Ecbatanam, ac Babylonem
Ibo, cercurum sumam. — —
9. Coenam, inquit, nullam; neque Divo prosectam ullam.
10. Cum illud quid faciat, quod manducamur in ore.
11. Dilectum video studiose vulgus habere.

---

2. Non. p. 288. b. *vita degat* Codd. *degas* I. *quam tu ant.* Edd. praeter princ. et M. *qua nihil ant.* mg. I. *quanto aut* ci. Fr. Dusa *quin tu ant.* ci. M. *quam ut hoc fec.* I. *videris* Dusa prob. M.

3. Non. p. 11. b. *Tubitanus* W. *Turditanus* A. L. *tuditanus* al. prob. M.

4. Priscian. 687. P. I. 235. K. Charis. p. 72. P. p. 51. L. „*calx* Lucilius lib. XIV. masculino genere dixit." falso D. hunc locum lib. XXIII. ad scripsit.

5. Non. p. 355. b. *non paucis* Codd. *nam* ci. Leopard. N. Faber, Dusa. *nunc* M. *me paucis* Lips. *male* W. Edd. *malle* L. ci. Lips. Leop. Dusa M. *ac sasip.* L. m. 1. *ac si sap.* L. m. 2. princ. *ac si a sap.* W. 1480. A. *ac si ac sap.* M. *ac sap.* ci. Leop. Dusa prob. M. *abs sap.* ci. Lips. *male sed sap.* I. *male se et sap.* ci. N. Fab. *nam* haud dubie legendum et *ac sapient.* corrigendum.

6. Macrob. Saturn. VI. 4. *Si mihi nunc* et infra *extenderet* ci. Fr. Dusa; perperam utrumque.

7. Prisc. p. 903. P. I. 504. Kr. quod supra scriptum est, libri confirmant. *dignissimum quemque* interposuit Dusa. idem etiam verba transposuit et *esset* pro *erat* correxit. *lacessisse* scribendum esse, docent Prisciani verba, quae sequuntur; „sed potest *lacessisse* per syncopam esse prolatum." *appellare* haud dubie emendandum est.

8. Non. p. 365. a *Etbatanam — cyrceram summam* Cod. W.

9. Non. p. 150. *prosiciem u.* ci. Scal.

10. Non. p. 524. *Commanducatur* 1526 IM. *faciat commanducamur* ci. I. Dusa cfr. 325. b. et supra lib. IV. fr. 12. equidem potius coniiciam *num illud.*

11. Non. p. 150. a. *delectum* ci Fr. Dusa.

12. Ipse ecu' non formosu', gradarius, optimu' vector.
13. Quem metuas saepe, interdum quem utare libenter.
14. Puncto una hora ** et qui quoque invasit.
15. Caseus allium olet. — —
16. Macrosque palumbes.
17. Calx.

LIB. XV.

1. Multa homines portenta in Homero versificata
Monstra putant, quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes, et porro huic maiu' bacillum,
Quam malus navi in corbita maximus ulla.
2. Hunc milli passum qui vicerit atque duobus
Campanus sonipes succussor nullu' sequetur
Maiori in spatio, ac diversu' videbitur ire.
3. Praeterquam in pretio primus semisse, secundus
Nummo, tertiu' iam pluris, quam totu' medimnus.
4. In numero quorum nunc primu' Trebelliu' multos
Titos Lucilios arcesse sibi ait febris, pus,
Et senium, vomitus.

---

12. Non. p. 10. a. *ecus — victor* Codd. sed recte Editt. *vector.*

13. Non. p. 327. b.

14. Donat. ad Terent. Phorm. I. 4. 6. Codd. nonnulli ap. Lindenbrog. *insuasit.*

15. Flav. Sos. Charis. p. 44. Ed. L. *allia molliet* Fabr. P. male contra libros.

16. Non. p. 149. a. *palumbos* Dusa falso.

17. Charis. p. 51. Ed. L. Sed et Lucilius XIV. masculino genere dixit ita Codd. cfr. L.

LIB. XV.

1. Non. p. 365. a. *Homeri* Codd. *Homero* 1526. I. *versificata* W. *versificta* L. *versibus sata* Frut. *versibus ficta* R. sed praestat *Homero* emendare. *navi* ci. Dusa Voss.

2. Aul. Gell. I. 16. II. *mille* Cod. Guelf. Edd. vett. *milli* Sciopp. Macrob. Saturn. I. 5. *milli — subcussor — maiore spatio* — praepositione *in* omissa. sed *succussor* etiam Non. p. 10. tuetur.

3. Non. p. 144. *seminis* W. *semmisse* L. *semisse* Edd. *plures* Codd. *pluris* IM.

4. Non. p. 2. b. *Trebelliu' mulo* Guliel. I. 23. *marcessebat* A. *obmarcescebat* I. *vomatur pus* Editt. *plus* Codd. *naresibias* Codd. *arcesse sibi ait* de mea coniec-

5. Cum tecum est, quidvis satis est. Visuri alieni
Sunt homines? spiram, pallas, redimicula promit.

6. Penula, si quaeris, canteriu', servu', segestre
Utilior mihi, quam sapiens. — —

7. Adde isto sacer ille τοκόγλυφος ac syrofenix
Quid facere est solitus? — —

8. — — Non ergastulus unus, et alius indicem
Adposuit. — —
[Ut nemo sententiam libere, quasi ergastulus, possit dicere.]

9. — — dum miles Hibera
Terra iam meruit ter sex aetati' quasi annos.

10. Te primum cum istis insanum hominem et cerebrosum.

11. Scit poeticon esse, videt tunica et toga quid sit.

12. Trulleu' pro stomide huic ingens de naribu' pendet.

13. Tintinnabulum abest hinc, sirpiculique holerorum.

14. Subicit hinc humilem, et sufferctus posteriorem.

---

tura: fortasse totus locus ita legendus:
In numero quorum nunc primu' Trebellius multos
Titos, Lucilios, arcesse sibi ait febris, pus,
Et senium, vomitum.

5. Non. p. 368. a. *cum tectum* ante M. *sunt hom.* 1480. Dusa. *spiram pallas* Codd. *spiras pallam* ci. Dusa uterque.

6. Non. p. 368. b. *paenulam* Codd.

7. Non. p. 270. b. *ac de istos sacer illoto coefos ac sirofenix* W. L. *saxyrophoenix* B. *audistis sacer ille τόκος syphax syr.* mg. I. *isto sacer illoto collo ac S.* ci. Turn. 29. 2. *isto sacer ille τόκογλύφος ac S.* ci. R.

8. Non. p. 302. a. *et alter indicem* A. prob. I. Dusa *unus et alius* vel *et alibi: Indicem* ci. Lips. *opposuit* idem. *opposivit* ci. Scal. *ut nemo etc.* ad aliud testimonium pertinere arbitratur Dusa. *quam erg. dicere possit* ante A. *magis quam erg. dicere non possit* Dusa. *indicem* haud dubie legendum, cuius extrema syllaba cum sequenti versu coalescit.

9. Non. p. 238. *hybernas ac meret tersa ex* A. I. *haberet terras... tersa ex aetate quasi agnos* B. *hybera Hac meret in terra ter sex aetate quasi annos* Had. Iun. Palm. Equidem Codicum vestigia secutus emendo ut supra scriptum est. Heusdius Stud. critica in Lucil. p. 194. nos legere iubet *dum miles hibernat ac meret, Errat tres ex aetate quasi annos*. neque metrum ille, neque librorum MsS. auctoritatem secutus.

10. Non. p. 14. b.

11. Non. p. 367. a. *tunicam* Codd. *tunica* IM.

12. Non. p. 14. a. *truleus postomide* Codd. *trulleus prò stomide* ci. Salmas. *postomis* Dusa.

13. Non. p. 334. *surpicula* Dusa.

14. Gell. N. A. IV. 17. 3. *subicit* op-

15. — — aut qui nummos tristis inuncat.
16. — — Nemo est halicariu' posterior te.
17. Aptari caput atque cornas fluitare capronas
Altas frontibus immissas ut mos fuit illis.
18. Quae gallam biberc ac rugas conducere ventris
Farre aceroso oleo decumano pane Cumano
Coëgit.

LIB. XVI.

1. Ibat forte aries, inquit, iam quod genu'? quantis
Testibu'? vix uno filo hosce haerere putares,
Pellicula extrcma exaptum pendere onus ingens.

---

timi libri tuentur. *subiicit* Dusa; *huic* pro *hinc* dant Codd. Gron. Voss. et Sciopp. *suffercatum* Guelf. *suffectus* Vasc. et Asc. cum marg. Ed. Gyrph. 1542. 1591. quod verum iudico vv. dd. hariolationes vide ap. Gell. Ed. Lion.

15. Non. p. 85. b.

16. Charis. p. 75. P. p. 54. L.

17. Non. p. 14. b.

18. Non. p. 301. b. ex lib. XXV. laudant A. I. Dusa. *vivere* Codd. *bibere* 1526 IM. *rugis* AI. *ventri* Scal. M. *olei* Codd. oleo IM. *oleo et cumano pane coegit* ci. Dusa. oleo decumano *paene coegit* ci. Turn. *coëgit cumano* mg. I. Scal. cfr. Paul. ap. Festum. „gallam bibere ac rugas conducere ventri cum ait Lucilius praemonet parsimonia esse utendum neque gulae indulgendum ventremque coartandum." p. 96. Ed. OM.

LIB. XVI.

Censorinus de die Natali cap. 3. *Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appositum,* quam rem apud Lucilium, in libro Satirarum XVI. licet cognoscere.

Porphyrion in Horat. ad illud lib. I. Od. 20. *Dum meam canto Lalagen* id est, carmen in Lalagen amicam, eius nomine compositum. *Sic et liber Lucilii decimus sextus Collyra inscribitur,* eo quod de Collyra amica sua scriptus sit.

Sed hoc Porphyonis loco non ita multum efficitur, quod in nonnullis editionibus nomen Lucilii omissum est. Heusdius quidem Ep. ad Car. Fried. Hermann p. 39. auctuarium veteris Commentatoris a I. Cruquio editi p. 689. laudat, ubi iterum verba leguntur: sic et liber Lucilii decimus sextus Collyra inscribitur, eo quod de Collyra, amica sua scriptus sit. Sed eius Commentatoris auctoritas admodum dubia, ita ut eius testimoniis non ita multum tribuendum esse videatur. Sed etiamsi librum XVI. *Collyram* inscriptum esse statuimus, tamen ad totius libri argumentum accuratius definiendum hoc parum facit.

1. Non. p. 160. a. *haec se haerere* A. I. Dusa *haecce* h. Palm. *hosce* de coniectura mea.

2. — — Lysippi Iuppiter ista
Transivit, quadraginta cubita altu', Tarento.
3. Rex Cotus ille duos ventos Austrum atque Aquilonem
Novisse aiebat solos sed demagis istos
Ex nimbo austellos, nec nosse putare necesse.
4. Legavit quidam uxori mundum omne penumque.
Quid mundum? quid non? nam quis diiudicet istuc?
5. Fundi delectat virtus te, villicu' paulo
Strenuior si evaseris. — —
6. Hi quos divitiae producunt, et caput ungunt
Horridulum. — —
7. Cur tam ignaviter hoc praesertim tempore quaeris.
8. Publicitus vendis tamen atque extrema ligurris.
9. Hoc aliud longe est, inquit, qui cepe serebat.
10. Media e pistrina.

LIB. XVII.

1. Nunc censes καλλιπλόκαμον καλλίσφυρον illam
Non licitum esse uterum, atque etiam inguina tangere mammis?

---

2. Non. p. 136. a.

3. Non. p. 68. a. *duo hos* ci. Salmas. *novisse aiebat se solos* ci. Bentin. *novisse se aiebat*. Turneb. *novisse aiebat solos se d.* ci. I. Salmas. *solos hos* vel *hoc demagis* ci. M. *sed dem.* ci. Gerl.

4. Gell. N. A. IV. 1. §. 3. *atque penumque* Sciopp. et Guelf. *quod mundum atque penum.* Edd. ante Iunt. etiam Gryph. *quid penum? qui dividet?—. quis dividet istuc* Iunt. et Guelf. *nam* om. Guelf. Non. p. 145. b. solum priorem versum habet eumque e libro XVI. laudat.

5. Priscian. p. 601. P. p. 108. Kr. numerum XVI. optimi libri tuentur MsS. Dresd. Lips. 1. 2. Erl. 1. *evaseris* iidem. Edd. Ven. 1. 2. et Gerard Voss. Inst. Gr. l. l. p. 258.

6. Non. p. 286. a. *Eti quos* W. *Etit* L. *et hi quos* ante I. nisi quod *hii quos* Ed. princ. *hi quos* IM.

7. Non. p. 350. a.

8. Non. p. 350. a. *vendit* Codd. *vendis* 1526. I. Dusa.

9. Non. p. 136. a.

10. Charis. p. 55. L. p. 40. Lucilius feminino extulit, ad tabernam referens, ut Caupona dicitur.

LIB. XVII.

1. Non. p. 16. *uterum* W. L. M. I. Scal. Turn. 17. 24; *veterum* A. *aquae etiam* W. L. A. *atque etiam* I. Turn. *aeque etiam* Scal. coni. p. 76. *varam*

Compernem aut varam fuisse Amphitruonis ἄκοιτιν
Alcmenam atque alias? Ledam ipsam denique nolo
Dicere, tute vide, atque disyllabon elige quodvis:
Τυρὼ ἐυπατέρειαm aliquam rem insignem habuisse,
Verrucam, naevum pictum, dentem eminulum unum.

2. Cetera contemnit, et in usura omnia ponit
Non magna: proprium vero nihil neminem habere.

3. Vilicum Aristocratem mediastinum atque bubulcum
Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

4. Nupturam te nupta negas, quod vivere Ulixem
Speras. — —

5. Si non it, capito, inquit, eum: et si calvitur erro
Fur dominum. — —

6. Semissis facies Musas si vendi' Lavernae.

---

ivisse ci. Salmas. *accetin* W. L. *coniugem* A. ἄκοιτιν Iun. Scal. Dusa Turn. *lenam* MsS. M. W. L. *Ledam* Vulg. A. IDusa Turn. *Helenam* ci. Scal. *Melige* W. L. I. Scalig. *dilige* A. *ac dis.* ci. Fr. Dusa. *Ριν Τυρω* I. *ΕΥΡΙΝ* Turn. 17. 24. *την ΕΥΠ.* A. *nevum* W. *nennum, dictum* L. A. 1526. *nevum pictum* I. Scal. Dusa prob. Bentin. *rictum* ci. Salmas. ci. Dosner in Maur. Haupt. Obs. crit. Lips. 1839. Sed vide num forte pro mammis *palmis* legendum sit: totus locus ad varia hominum de mulierum formis indicia videtur esse referendus. Videtur fuisse, qui pulcherrimas atque celebratissimas feminas ad stuprum faciles fuisse negaret. Id quod refellit poeta, pluribus iisque nobilissimis enumerandis, quae et diis et hominibus forma placuerint, neque ullo corporis vitio laboraverint.

2. Non. p. 247. a. *nil* Dusa Turn. 30. 9.

3. Non. p. 98. sed p. 525. b. ex lib. XV. laudat itidemque p. 85. a. omnibus locis *mediastrinum* uno *meiastrinum* scriptum, quod falsum esse aliorum scriptorum auctoritate confirmatur. cfr. inprimis Hor. Epp. I. 14. 14; sed M. tuetur. *mediastinum* Al. Dusa. *commanducatur* ante I. *command. ut corrupit. ut* om. A. I. M. neque legitur. p. 85.

4. Priscian. Ed. Krehl. I. p. 457. in numero libri variant. Codd. Dresd. IX. Lips. I. XIV. tuetur. Vulgatum numerum confirmant Lips. II. Erl. II. Etiam hoc fragmentum ad idem argumentum. quod supra F. fr. 1. tangitur, pertinere videtur.

5. Non. p. 4. a. *et si calvitur ergo fur dominum ni calv.* Herm. Welk. *endo ferto manum.* Editt. quae quidem coniectura a sensu non plane abhorret, sed tamen a litterarum ductibus longius recedit. Equidem coniiciam: *et si calvitur erro fur dominum.*

6. Non. p. 92. *semissis facient* ci.

7. — — magna ossa, lacertique
Apparent homini. — —

LIB. XVIII.

1. Milia ducentum frumenti tolle medimnum
Vini mille cadum. — —
2. Denique uti stulto nihil est satis, omnia cum sint.
3. — — Nam vel regionibus illis
Incrustatu' calix, ruta scillaque bibetur.
4. — — aeque fruniscor ego ac tu.
5. In re agenda ipsa ridicula iactat quod adsederit.

Dusa. *si versus facies, Musis* ci. M. *facis invisat* ci. I. *semissis facies Musas, si vendis Lavernae* ci. Gerl. *semissis* ut *teruncii* et *vix unius assis*. Vide Lexica alii: *si menses facis, si messes facis* legere iubent.

7. Macrob. Saturn. VI. 1. p. 577. Ed. Zeune.

LIB. XVIII.

1. Non. p. 373. a. *tolles* Codd. *tolle* I. *tollis* M.

2. Non. p. 302. b. *uti stulto* I. *ut* Codd.

3. Porphyr. ad Hor. Sat. I. 3. 56. *ruta caulis habetur* Edit. Basil. 1555. contra apud Cruquium: *mel r. i. incr. cal. rucia* unde V. D. coniecturam fecit: *nam mel regionibus illis incrustatu' calix erucio* comparavitque Festi locum: „Crucium quod cruciat, unde Lucilius vinum insuave Crucium dixit," sed haec mera hariolatio est, nam lectio *mel* non satis certa; neque illa coniectura firmior. et sic vulgatos habere testatur Dusa. ipse in veteribus impressis invenit: *nam vel r. it. inc. cal. ruta caulique sibetur* quam scripturam etiam Turnebus secutus est. *vinum rutatum* commemorat Plin. XIX. c. 45. p. 359. Ed. Bip. sed quid *cauli* sibi velit, non intelligo. coniicio *scillaque* cfr. N. H. XIV. p. 29. Ed. Bip.

4. Non. p. 78. b. *rego ac* W. *rogo ac* ante A. *eso ac* L. A. *ego ac* 1526. IM.

5. Non. p. 224. a. *in re iactanda* AI. *iure iact* v. c. Dusae. *iactat quod adsederit* mg. I. *adseret* B. *is quoque adforet* de coniectura mea.

LIB. XIX.

1\. Rugosi passique senes eadem omnia quaerunt.
2\. Sic tu illos fructus quaeras, adversa hieme olim
Queis uti possis, haec delectare domi te.
3\. Aurum vis, hominemve? habeas hominem: quid ad aurum?
Quare, ut dicimu', non video hic quid magnopere optem.
4\. Et pueri infantes faciunt mulierculam honestam.
5\. Sic singillatim nostrum unusquisque movetur.
6\. Sume diem, qui est visu' tibi pulcherrimus unus.
7\. Peniculamentum vere reprendere noli.
8\. Latere pendens, saxa spargens tabo sanie et sanguine atro.
9\. Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.
10\. Scalprorum forcipiumque
Millia viginti.
11\. — — et uncis
Forcipibus dentes evellere. — —
12\. Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur.

LIB. XIX.

1\. Non. p. 7. a. apud Dusam libri noni fragmentum laudatur.

2\. Non. p. 244. b. *domine* Codd. *domi te* L. m. I. ci. Delrio ad Sen.

3\. Non. p. 244. a. *hominem hab.* Codd. *h. en* h. ci. Dusa.

4\. Non. p. 39. b. *et p.* Codd. *ut* vulgo.

5\. Non. p. 119. b.

6\. Non. p. 269. a.

7\. Non. p. 102. *peniculamento* Codd. M. Fr. Dusa. *peniculamentum* ante M. *vero* ci. IDusa.

8\. Non. p. 102. cfr. Cic. Tusc. I. §. 10. z. qui ex Ennii Thyeste laudat. Columna putat Lucilium in Satyris haec Enniana verba inseruisse; quod verum puto. *sanie* om. Dusa. Est versus octonarius.

9\. Prisc. 907. P. 511. Ed. Kr.

10\. Charis. p. 55. Ed. L. *forcipiumque* Cod. *salptorum* Cod.

11\. Charis. l. l. *Euntis forc. velleret* Cod. *Quivis* f. d. *vellere* Ed. pr. Fabr. Dusa fide vetusti Codicis ut supra correxisse se ait. nisi; quod ego *evellere* pro *evellerit* emendavi.

12\. Non. p. 296. lib. XXVIII. Ed. princ. XXIII. 1526. I. lib. XXX. 1480. lib. XXIX. A. hunc locum metri leges respuere non est dubiam; sed haec est quaestio num ipsius auctoris verba an tantum eius sententia laudata fuerit quod quidem probabile fit ex iis, quae addita sunt; „quod cupiditas pars quaedam sit temperatior, defluens ex cupidine."

LIB. XX.

1. Terriculas Lamias, Fauni quas, Pompiliique
Instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.
Ut pueri infantes credunt signa omnia ahena
Vivere, et esse homines: et sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse in ahenis.
Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

2. Tempestate sua atque eodem uno tempore et horae
Dimidio tribu' confectis, dumtaxat eandem
Et quartam. — —

3. Pulmentaria ut intybus, aut aliqua id genus herba
Et ius maenarum bene habet, sed mictyris hoc est
Merx. — —

4. Calpurni saevam legem Pisoni' reprendi,
Eduxique animam in primoribu' naribus. — —

5. Iam disrumpetur medius, iam ut Marsu' colubras
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnis.

6. Illi praeciso atque epulis capiuntur opimis.

LIB. XX.

1. Lactant. Inst. Div. I. 22. p. 152. Ed. Bun. *terricul.* MsS. Reimm. vetustissimi Taurin. et Davisii consensu. cfr. Ezech. Spanhem. in Observv. in Callim. Dian. vs. 67. p. 174. 175. de Lamiis plura Gyrald. Hist. deor. Synt. XV. f. 447. *pergula* illustrat Cuiacius L. XI. Observ. c. 13. extr. Pitisc. L. A. R. T. 2. f. 409. „Nam Lucilius eorum stultitiam, qui simulacra putant deos esse, deridet his versibus — poeta quidem stultos homines infantibus comparavit." — Caeterum Nonius p. 39. b. verba: ut pueri infantes eredunt signa omnia aena vivere et esse homines. ex lib. XV. laudat. casu quodam, credo, in errorem inductus, aut inferior pars numeri X. vetustate exstincta est.

2. Gell. N. A. III. 14.

3. Non. p. 141. b. et 194. a. loco priore: *aliqua et id gen.* unde *aliqua id* confecit M. *habet: sed* Scal. Dusa. *mictilis* ante A. Scal. Dusa. W. m. sec et mg. *hoc est* ante M. *mictyris* haec est. *Meri* Codd. *est merx* ci. Scal. Dusa. *est mers* M. sed rectius *Meri* ex repetitione sequentis vocabuli *meriaret* ortum esse creditur. *mictyris* ap. Nonium explicatur: *paupercula pulmentaria.*

4. Non. p. 290. *saeva lege in* Codd. *saevam legem Pisonis* mg. I. M. *reprendi* mg. I. *repudi* Dusa. *naris* Codd. *naribus* A. IDusa.

5. Non. p. 136. b.

6. Non. p. 103. a. *praeciosa* W. etiam in L. sed *o* compuncta.

7. Nugator quidem ac nebulo sit, maximu' multo.
8. Tum efoebum quendam, quem vocant parectaton.
9. Purpureo tersit tunc latas gausape mensas.
10. Proras detondete et despoliate guberna.
11. Deblaterant: blennus bonus rusticus concinit una.

LIB. XXII.

1. Mercede quae
Conductae flent alieno in funere praeficae
Multo et capillos scindunt, et clamant magis.
2. Servu' neque infidus domino, neque inutili' cuiquam
Lucili Columella heic situ' Metrophanes.
3. Zopyrion labias caedit utrinsecus.
4. Nasum rectiu' nunc homini est, suraene pedesve.

---

7. Non. p. 11. b. *cuidem* Codd. *nugatorque idem* ci. M. *quidam* A. IDusa. *sit maximu' muto* ci. Guliel. I. 2. quod verum puto cfr. Fest. s. v. *tagax* et Hor. Satir. I. 2. 68.

8. Non. p. 48. *tuum* Codd. est versus iambicus.

9. Priscian. p. 870. *tersi* P. tersit Kr.

10. Marius Victorin. lib. I. de versu. Non. p. 334. b. sed hic *detundite* contra Mar. Vict. *detundete;* Guil. ci. *detondete.*

11. Non. p. 67. a. *deblaterat* ante M. *plennus* Codd. *plenus* Editt. *blennus* ci. I. Gifan. *blenuusque onos* ci. Palmer. *blennus* verissimum cfr. Plaut. Bach. 5. 1. 2. „stulti, stolidi, fatui, fungi, barbi, blenni buccones."

LIB. XXII.

1. Non. p. 47. b. falso post *multo* interpungitur; fortasse *multum* legendum.

2. Terent. Phorm. II. 1. 57. cfr. Martial. XI. 90. *Lucilei* — heic — *Metrophanes st*. Scriverius ap. Mart. sed Codd. non addicunt.

3. Non. p. 143. a. *labeas caedit utrinque secus* Codd. *labias discidit utr. secutus* mg. IDusa. *utrinsecus* ci. Varges. *zopyrion caedit labias utrinsecus* legendum censeo.

4. Non. p. 146. b. *serene pedes dicie* sed postremo vocabulo compuncto L. *serenc ped'* W. M. *surae nec pedes dici* A. I. *surneve pedesve* mg. I. prob. Dusa. *dici* haud dubie ex sequenti lemmate *nepos dici* transpositum *suraene pedesve* scribendum esse puto.

LIB. XXIII.

1. Iocundasque puer qui lamberat ore placentas.
2. Tongere.

LIB. XXVI.

1. Homines ipsi hanc sibi molestiam ultro atque aerumnam offerunt,
Ducunt uxores, producunt quibus haec faciant liberos.
2. At enim dicis clandestino tibi quod commissum foret,
Neu mutires quidquam, neu mysteria ecferres foras.
3. Ferri tantum, si roget me, non dem, quantum auri petit:
Si secubitet, sic quoque a me, quae roget, non impetret.
4. At Libertinus Tricorius Syrus ipse ac mastigias
Quicum versipellis fio, et quicum commuto omnia.
5. Squallitate, summa scabie, summa in aerumna obrutam,
Neque inimicis invidiosam, neque amico exoptabilem.
6. Publicanus vero ut Asiae fiam scripturarius
Pro Lucilio, id ego nolo; et uno hoc non muto omnia.

LIB. XXIII.

1. Priscian. p. 884. P. 2. Kr. p. 482. *oc.* Codd. Lucil. in XXIII. Glossar. Forner. cfr. Fest. Ed. OM. p. 357.

2. Tongere *ἐίδειν* Enn. in XVIII.

LIB. XXVI.

1. Non. p. 246. b. et p. 254. a.

2. Non. p. 26. a. 170. b. *dixi* vel *dixti* ci. Fr. Dusa. *tibi quid* A. *tibi si quid* Bentin. *cl. si quid* mg. I. *mittere* Codd. *neu mutires neve haec m.* ci. Bent. cfr. p. 170. ubi *ne muttires — haec ferres* G. L.

3. Non. p. 260. b. cfr. p. 250. b. *Si secubitet* Codd. *si se cupiet sic — rogat* ci. Guil. II. 9. *si se cupit et si quoque* Dusa. *si se rupit sic quoque quod rogat* ci. Frut. ap. Grut. II. p. 818.

4. *At* vulgo. *masticias* W. L. *tricosus — ac mastigia* ci. Scal. *comuto* L.

5. Non. p. 86. *sculitate — in re summa ob.* Codd. *squalitate — in aerumna* ci. Bentin. IM.

6. Non. p. 26. b. cfr. 291. b. priere

7. Ut Romanus populus victus vi, et superatus proeliis
Saepe est multis; bello vero nunquam, in quo sunt omnia.

8. Depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere.
Decalanticare eburneo speculo depeculassere.

9. Aggere in iaciendo si quo est in vineis actis opus,
Primum id dant operam, ut quamprimum appellant.

10. Ut si eluviem facere per ventrem velis curate,
Omnibus distento corpore exspiret vis.

11. Curet aegrotum, sumtum homini praebeat,
Genium suum defrudet, alii parcat.

12. At cui? quem febris una, atque una ἀπεψία,
Vini, inquam, hiatus potuit unus tollere.

13. Si miserantur se ipsi, vide
Ne illorum causa superiore loco collocaverit.

14. Nunc itidem populo iustum et scriptoribus,
Volumus capere animum illorum.

15. Non tu multitudinem tuorum,
Quam in album indidisti, dextra conficis tibi.

---

loco legitur: *ut script.* hoc *ut* delevit Bentin. ex altero loco. *p. v. A.* emendavit Turn. 29. 17.

7. Non. p. 285. a. 296. a.

8. Non. p. 67. b. *depocul.* W. *Depec.* L. A. I. *decalauticare* I.

9. Non. p. 162. a. 16. b. 224. b; de re cfr. Caes. B. Civ. I. 26. „turres ad opera Caesaris appellebat."

10. Non. p. 72 et p. 26. *illuviem* AI. 1583. *eluviem* mg. I. Turn. Dusa. pro *velis* IDusa ci. *venis* pro *vis* — *viis* ci. Fr. Dusa, *virus* ci. I. Dusa. quae omnia vana atquo superflua; *curate* de coniectura mea. *curare* Codd.

11. Non. p. 81. b. *alii parcat* Edd. *alii parit* Ms. Fabri *defraudet* ante I. versus trimeter est.

12. Non. p. 276. b. *Adivi quem* A. *audivi* I. Dusa. *cyathus* Ms. Casaub. ci. I. *hiatrus* Codd. *hiatus* I. cfr. Barth. p. 1182. cfr. p. 29. 17; et p. 415. 15. *hiatus* unice verum. *At cui* de coniectura mea.

13. Non. p. 340. *misereatur* ci. N. Faber. *misereantur* Dusa. *causa se priore loco* ci. N. Fab. *collocaverit* AI. corrigendum puto: *causam — locaveris*.

14. Non. p. 172. a. *populo istum* Codd. itidem *voluimus*: emendo: *nunc itidem populo iustum et scriptoribus, volumus capere animum illorum*; sed fortasse rectius eiusmodi loca intacta relinquuntur.

15. Non. p. 184. b. *non te* Codd. *nosti mult.* ci. IDusa. *a dextera* Codd. *inclyta a dextera* A. Dusa. quod absurdum est.

16. Quare isthoc colere est satius, quam illam studium omne hic Consumere.

17. Principio fisici omnes constare homines ex anima et corpore dicunt.

18. — — Redisse
Ac repedasse, ut Romam vitet gladiatoribus.

19. Et quod tibi magnopere cordi est, mihi vehementer displicet.

20. Summis nitere naturae opibus; at ego contra ut dissimilis siem.

21. Suspendatne se, an gladium incumbat, ne coelum videat.

22. Rem cognoscas simul, et dictis animum attendas postulo.

23. Ut ego effugiam, quod ego te inprimis cupere apisci intellego.

24. Contra flagitium nescire vinci bello, a barbaro viriato Hannibale.

25. Sin autem hoc vident, bona semper petere sapientem putant.

---

emendo: *non tu mult.* — *indidisti dextra conficis tibi* — Codd. *conficis ibi.* Dusa: *conficit.*

16. Non. p. 170. a. *isthoc* Dusa. quod rectum iudico; etiam *illam* pro *illa* quod Codd. tuentur, legendum esse videtur. ita versus hexameter fit.

17. Non. p. 186. a. *omnes hom.* — *ex constare dicunt.* A. D. I.: *constare hominem ex anima et corpore dicunt.* Codd. Equidem ordinem verborum hunc esse puto;

Principio physici constare omnes homines
ex corpore et ex anima dicunt.

18. Non. p. 118. a. *Roma* W. ante M. *Romam bitet* ci. Scal. *Romam evitet* ci. Palmer. *utram evitet* ci. I. trimeter trochaicus est.

19. p. 62. a. est versus iambicus septenarius.

20. Non. p. 241. a. *nitinere op.* W. *summis niti naturae opibus* Vulg. *sumis nitere n. o.* Guil. 2. 9; *sumis nitere opibus* Merc. *nitier* olim coniecerum; sed *nitere* non minus probabile.

21. Non. p. 342. a. *an* om. ante I. *in* om. MsS. Fabri prob. Dusa et M. id quod metrum postultat. *vivat* Codd. *videat* A. I. prob. M.

22. Non. p. 188. a. *cognoscat* Codd. *attendat* A. cfr. p. 188. ubi *postula* Codd. *postilla* vel *postulo* ci. Schopp. de arte crit. p. 67. etiam Dusa: *postulo;* quod tuendum est.

23. Non. p. 53. b. *effutiam* L. A. I. *efficiam* ci. Lips. *quod ego te* W. ante M. *quod te* L. M.

24. Non. p. 127. a. *vinci a barbaro Viriato Annibale* Codd. num forte legendum: *contra flagitium nescire vincere bello Annibalem viriatum* barbarum?

25. Non. p. 250. b. *sapientem et putant* Cod. *et* om. Dusa.

26. Veterem historiam, inductus studio, scribis ad amores tuos.
27. Ego si qui sum, et quo folliculo nunc sum indutus, non queo.
28. Tum doloribus confectum corpus animo obsistere.
29. Nunquam prius, quam venas hominis tetigit ac praecordia.
30. Munifici comesque amicis nostris videamur viri.
31. Quidni et tu idem inlitteratum me atque idiotam diceres?
32. Rauco concionem sonitu et curvis cogant cornibus.
33. Depugnabunt pro te ipsi, et morientur, ac se ultro offerent.
34. Ego ubi quem ex praecordiis versum effero.
35. Non idcirco extollitur, vel vitae vegrandi datur.
36. Ita ut quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus.
37. Haec tu si voles per auris pectus inrigarier.
38. Qui sex menses vitam ducunt, orco spondent septimum.
39. Facile deridemur, scimus capital esse irascier.
40. Pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore.
41. Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat internundino.
42. Praetento tepido glutinator glutino.

---

26. Non. p. 225. b.

27. Non. p. 766. *si quis* ante M. *ego quis sim non quaero* ci. Scal.

28. Non. p. 183. *animo*. hiatus notandus.

29. Non. p. 217. *neque prius* vulgo; *nequam* Codd. cfr. Turn. 17. 21. Iac. Nicol. Misc. p. 22. *homini* ci. IDusa; *nunquam prius* ci. Gerl.

30. Non. p. 15. a.

31. Non. p. 26. a.

32. Non. p. 181. a. *contentionem* G. A. *ten* spl. L.

33. Non. p. 203. b. *efferent* Codd. *offerent* de mea coniectura.

34. Non. p. 204. *nisi quem ex* mg. I.

35. Non. p. 204. a. *non idcirco extollitur vel ite vegrandi datur*. L. *velgrandi* W. *vel aevi grandi* B. *vel irae vel gaudii dator* A. 1583. Dusa. *vel gaudii πάθος* aut *patho* ci. Merc. 1. cfr. supra p. 125. ubi sub vocabulo *vegrandi* i. e. *valde grandi* idem lemma legitur: *nec vitae vegrandi datur*. quo loco nisi auctoritas vocabuli *vegrandi* confirmata esset, *vel vitae vel gaudi dator* emendassem.

36. Non. p. 55. b.

37. Non. p. 339. b. *haec* Codd. Dusa omissit. *aures* W. M.

38. Non. p. 360. b.

39. Non. p. 26. a. cfr. Fest. s. v. *capital*. Varro L. L. 4.

40. Non. p. 68. b.

41. Non. p. 145. b. *internundinum* Turneb. *inter nundinum* A. I.

42. Non. p. 335. *praeterito* Codd. *praetento* alii ap. Dusam. *glutinor* Codd. *glutino* haud dubie legendum.

43. Quapropter delero, et cupide officium fungor ruderum.
44. Si quod verbum inusitatum, aut zetematium offenderam.
45. Tuam probatam mihi et spectatam maxime adolescentiam.
46. Cum stadio in gymnasio duplici corpus siccassem et pila.
47. Malis necesse est lautum e mensa pura capturis cibum.
48. Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile.
49. Quid cavendum tibi censeres, quid vitandum maxime?
50. Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.
51. Quod is intelligebat, posse haud paucos reprimi.
52. Quam fastidiosum ac vescum vivere.
53. Mihi quidem non persuadetur, publice ut mutem meos.
54. Dein quae adeo male me accipiunt decimae et proveniunt male.
55. Animo qui aegrotat, videmus corpore hunc signum dare.
56. Percrepa pugnam Pompili, facta Corneli cane.
57. luporum
Exactorem Silvanum et fulguritarum arborum.

---

43. Non. p. 10. a. *ruberum* Codd. W. L. Vat. *ruderum* vulg. *tuberum* ci. Dusa. *Iberum* ci. Lips. *ruderum* maxime probabile videtur, quia rudera longe a loco, provolvuntur.

44. Non. p. 245. *verum* Codd. *verbum* ci. Guil. 2. 9. Dusa. *ζητηματιον* idem, quod metri ratio non patitur.

45. Non. p. 296. a.

46. Non. p. 268. b. *cum stadio — pilas* Codd. *cum studio in g.* Dusa. *cum in st. in g.* et duplici i. e. crassiore Palm. p. 252. *cum stadio in gym. duplici* (i. e *δίαυλος*) c. *sic. et pila* de coniectura mea.

47. Non. p. 173. a. et 230. a. *necesse lutum* e W. L. *iautum* G. *luctu* A. I. omnia perverse. pro *capturus* quod Codd. tuentur, *capturis* reponendum.

48. Non. p. 95. *mortificabile* Codd. sed *monstrificabile* legendum esse res ipsa docet. *monstrificable* Dusa.

49. Non. p. 296. a. *censere* Codd. *censeres* ci. M. *quid evitandum* ante I.

50. Non. p. 269. a.

51. Non. p. 259. *intellegebas rettuli* Codd. *nosse haud paucos* ci. Fr. Dusa. *reprimi* de coniectura mea. *rettuli* Codd.

52. Non. p. 127. a. *vescum, cum fastidio;* duo extrema vocabula utrum Lucilii sint an explicationis causa addita dubium. *cum* in L. om. ap. Gellium XVI. 5. 7. ,,aliter Lucilius *vescum* appellat cum edendi fastidio — inde intelligitur; *cum fastidio* esse omittendum.

53. Non. p. 239. *pulices* B. G. *publices* W. L. *publice ut* ci. IDusa.

54. Non. p. 356. a.

55. Non. p. 192. a. *animoque vidim.* Codd. *animo qui aegrotat, videmus* Guil. II. 10. *videmus* L. A. I. 1583. Dusa ci. Merc.

56. Non. p. 173.

57. Non. p. 73. b. *luporum exauctorem malvanum et fulguritatem arborum*

58. Quod vitae te in tranquillum ex saevis transfers tempestatibus.
59. Porro amici est bene praecipere, tueri, bene praedicere.
60. Quandoquidem repperi magnis comvivionum ex copiis.
61. Coniugem infidamque, flacitam familiam, impuram domum.
62. Nec minimo et prosferatur pax, quod
Cassandram signo deripuit.
63. Domuitionis cupidi imperium regis paene imminuimus.
64. Evadat saltem aliquid aliqua, quod conatus sum.
65. Illoc oculi deducunt ipsi, atque animum spes illuc rapit.
66. Vestimentis frigus atque horrorem exacturum putat.
67. Nisi portenta anguisque volucris ac pinnatos scribitis.
68. Ego enim contemnificus fieri et fastidire Agamemnonis.
69. — — hic cruciatur fame,
Frigore, inluvie, inbalnitie, imperfundie, incuria.
70. Cribrum, incerniculum, lucernam in laterem in telam licium.
71. Dii monuerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam.
72. Ardum miserrimum atque infelix lignum sabucum vocat.

Codd. *exactorem* ci. Lips. Turn. M. *Silvanum et* ci. Lips. *Martem Silvanum* et ci. Turn. *fulguritarum* ci. Lips.

58. Non. p. 263. b. *quodque te in tr— transfer* Codd. *quodque te vitae in tr.* al. ap. Dusam mg. I. quod, *que* deleto, verum puto: item *transfers* quod ci. Fr. Dusa.

59. Non. p. 253. *praedicere* ci. Merc.

60. Non. p. 26. b. *convivionest* initio W. L. et fortasse pro *bibendo* legendum *vivendo. convivorum* W. L. m. 2. *combiborum* A.

61. Non. p. 221. b. *coniugem infidamque flaticam familiam impura domum* Codd. *infidam conflaticam* mg. I. *flaci tam* A. IDusa. *constantiam* al. ap. Dusam. *et flaccidam* ci. Gerl. sed melius fortasse *foedatam*.

62. Non. p. 108. b. *nec minimo et prosferatur pax quod Cassandram signo deripuit* Codd. *Propetratur* ci. Gif. *n. mihi Oilei proferatur aiax* ci. Scal. Equidem emendaverim: *Agamemnoni praeferatur Aiax*.

63. Non. p. 67. a. *domutionis* Codd. *domuitionis* M.

64. Non. p. 201. a.

65. Non. p. 198. a. *illoc* Codd. *illuc* A. Dusa. *illo* mg. I. caeterum Lib. XXVII. hoc fragmentum assignant G. L.

66. Non. p. 199. b. *putet* Codd. *putat* Dusa.

67. Non. p. 150. b. 295. b. *angues et volucres* 1526. *pennatos* M.

68. Non. p. 62. a.

69. Non. p. 86. a. *improfundie* Dusa.

70. Non. p. 62. a.

71. Non. p. 53. a. *di minuerint* Codd. *monerint* ci. IM. cfr. p. 346. a. *moneris* pro *monueris*.

72. Non. p. 53. a. *lignum* pro signum de coniectura mea.

73. Doctior quam caeteri sis, amittas, mutes aliquoversus sacra facta vitia.

74. Mordicus petere aurum e flamma expediat, e coeno cibum.

75. Lignum caedat, pensum faciat, aedis verrat, vapulet.

76. Solus iam vim de classe prohibuit Vulcaniam.

77. Id circo omnes evasuros censent aegritudinem.

78. Trado ergo alias nummo, porro quod mihi constat carius.

LIB. XXVII.

1. In bonis porro est viris,
Si irati, seu propitii sunt ii ut
Diutius eadem una maneant in sententia;
Nam cum benignitate soliditas propositi est.

---

73. Non. p. 239. b. *doctior quam ceteris is asa mittis mutes aliquo tecum sacra facta vitia* Codd.... *matis mutes aliquo tecum sacrafa acutia* B. *sasa milis mutes* Dusa I. *caeteris symmislis* ci. Scal. *quam caeteri sisasamittio* mg. I. *caeteri sisamittis* v. c. Dusae *satra* L. W. ex corr. *vitio* ci. Scal. *doctior quam caeteri sis, amittas, mutes aliquoversus sacra facta vitia* de mea coniectura.

74. Non. p. 95. a. lib. XXVII. adscribunt Edd. *ex flamma* mg. I. Gulielm. Schoppe; *e flamma* ci. Bentin. Fr. Dusa M. *aurum e coeno expediat, e fl. cibum* ci. Fr. Dusa.... *ex fl. exp. cibum* ci. Schoppe; *exp. et igne* c. ci. Bentin.

75. Non. p. 186. idem fragm. p. 284. a. e libro XXVIII. laudatur et priore loco G. L. A. ex libro XXVII. citant.

76. Non. p. 163. a. *declarasse* Codd. *de classe* A. IM. recte.

77. Non. p. 202. *omnes cursuros* Codd. sed *evasuros* legendum esse, non est dubium.

78. Non. p. 186. a. *tr. ego* ci. Fr. Dusa. *alias minimo* A. Dusa. *aliis* al. ap. D. sed nihil mutandum esse videtur.

LIB. XXVII.

1. Non. p. 314. b. *iu vonis* Codd. *in bonis* IM. *in venis* A. *invenis* ante A. *id bonis* ci. Gifan. Dusa. *porro* Codd. *proprium est* ci. Gifan. Dusa. *iuris....* *seu tui* ante A. *sunt ui* d. L. A. *sunt di d.* W. M. *sunt ut d.* 1526. *sunt dii ut d.* I. *sunt ii ut d.* ci. Gifan. Dusa. *sunt in divinis* ante A. *eadem* om. A. *maneant et sent.* princ. *non cum* ci. Gifan. Dusa. *et cum* mg. I. *solicitos* mg. I. *sollicitarier* ci. Gif. Dusa. *propositus* ante M. *preposito* mg. I. Gif. Dusa. In tanta varietate lectionum et coniecturarum primum hoc certum est, propitios hoc loco homines dici, Nonius enim hunc locum laudavit ut doceret, propitios et homines placatos dici; lectio igitur *di* quae est in optimo Codice, ferri non potest, ita ut *di* delendum sit, quod haud dubie ex prima syllaba proximi

2. Cocus non curat caudam insignem esse illam, dum pinguis siet:
Sic amici animum quaerunt, rem parasiti ac divitias.

3. Facit idem, quod illi, qui inscriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent.

4. Salute factis versibus Lucilius, item populum
Quibus potest, impertit, totumque hoc studiose et sedulo.

5. Tu Lucilium credis contenturum, cum me ruperim, summa omnia fecerim.

6. Nam hic quidem reditum talem portendebant, neque alia in re ulla offendere.

7. — — Has et fenestras in caput deiciant, qui prope ad ostium aspiraverint.

---

vocabuli originem duxit; sed fortasse pronomen *ii* recte se habet.: praeterea initio *in bonis porro* bene restitutum est. in fine contra emendaverim *soliditas propositi est.* quod et totius sententiae rationi convenit, neque multum a litterarum ductibus recedit.

2. Non. p. 226. b. *curat claudas* L. *claudus* G. B. *sic et amici* B. *rem parasiti aut divitias aut* B. *illa d. p. s: Amici q. an. sic parasiti autem divitias* Dusa *rem parasiti ac d. avent* ci. I. *rem* et *avent* om I. *ins. squillae* vel *squilla* vel *hilla* ci. IDusa. paucis exceptis omnia sana esse iudico; poeta de pisce, nescio quo loqui videtur, ita ut *illam*, quod ad antecedentia refertur, bene se habeat; *aut*, quod in fine legitur, nihil nisi variantem lectionem vocabuli *ac* esse puto, quod transpositum fuit.

3. Non. p. 25. b. *ex portu* A. Turn. X. 6. XXIX. 17. *portitorium* L. de metro non habeo, quod dicam.

4. Non. p. 25. b. et 211. b. hoc loco *item populi salute* scriptum est; priore duo prima vocabula omissa et *salutem* legitur. Iam *item* quod initio legitur, versum octonarium explet et retinendum est. *factis vers.* L. similiter *oratio polita et facta* Cic. de Or. 3. 48. *verba facta* Partit. c. 21. *versiculi magis facti et euntes mollius* Hor. Serm. I. 10. 58.

5. Non. p. 62. b. et 260. b. priore loco ita scriptum est: *Tu Lucilium credis contenturum, cum me ruperint summa omnia fecerim*, nulla lectionis varietate, alter loco *contentum*, cetera omnia eadem; ubi *contentu cum empirit* G. *contemptum cum me ruperim* I. *tu Lucilium credis contentum* mg. I. sed non est, quod dubitemus, participium futurum verbi *contineo* satis auctoritatis habere. sed *cum me ruperim* bene se habet.

6. Non. p. 245. b.. *alia in mare* Codd. *alia in re ulla* Dusa. sed multo probabilius est *in mari* corrigere. fortasse etiam supra *hi* emendandum. nam quorsum haec spectent nemo dixerit.

7. Non. p. 198. b. *fenestris* G. L. m. 2. *e fenestris* A. 1. *deiciane* L. *adspira-*

8. Nulli me invidere, non strabonem fieri saepius deliciis me istorum.

9. Ille contra omnia inter plures sensim et pedetentim foris, ne quem laedat.

10. Nec sic, uti Graeci, ubi nunc Socratici charti, quidquid quaeritis petimus.

11. Paulo hoc melius quam mediocre; hoc minus malum, ut pessimum.

12. — — Proferat ergo
Iam vester ordo scelera, quae in se admiserit.

13. Potius, quam non magnum messem non probam vindemiam.

14. Quod si paulisper captare atque observare haec volueris.

15. Ceterum quidquid sit, quid non sit, fero aequo animo ac fortiter.

16. Quod si observas hominem, qui pro commodo et regno gaudeat.

17. Quae pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant.

---

verunt D. *adspiraverunt* ci. I. D. Iam pro *hostium* quod est in Codd. *ostium* emendare facile fuit. et propter *aspiraverint* etiam *deiciant* emendaverim. metrum incertum.

8. Non. p. 18. b. *neque strab.* Dusa.

9. Non. p. 19. b. *ire contra* ci. Dusa.

10. Non. p. 133. a. *nescis ubi.... charti? Quid quaer.* ci. Lips. *Lessus ubi....* charti? *quid quaeruli petimus* ci. Merula. *quaer. petimus* AI. *sic uti* de mea coniectura. sed in talibus omnia incerta. *sic ubi* Codd.

11. Non. p. 20. b. *ut oppessummum* W. L. mg. I. *ut quam* A. I. 1526. 1583. Dusa. *quam quod pessumum* Perott. *quam ut pessimum* ci. Iun. Cod. Arnaldi M.

12. Non. p. 255. *ordo quae in se adm.* B. *scel. in sese vest. qui adm. ordo* ci. IDusa.

13. Non. p. 145. *non magnu messe* Codd. *non magnum messem esse non* AI. non *magno messe non* M. *vindemia* AM. *probam vindemiam* I. Iunii emendationem veram puto ita ut: *potius quam non magnum messem esse non probam vindemiam* legendum sit. *magnu* i. e. magnum in Codd. scriptum. *esse* post *messe* i. e. *messem* facile omitti potuit, et hac una ratione metrum constat.

14. Non. p. 188. a.

15. Non. p. 207. a.

16. Non. p. 245. b. *audeat* ci. Iun. prob. Merc.

17. Non. p. 256. *pietatem invocant* var. lect. ap. Dusam.

18. Cum pacem peto, cum placo, cum adeo, et cum appello meam.
19. Tamen alibi verruca, aut cicatrix, naevus vel papulae differunt.
20. Aut quod animum induxit semel, et ut ille omnino putat.
21. Cum mei me adeunt servuli, non dominam ego appellem meam?
22. Insanum vocant, quem maltam ac feminam dici vident.
23. Nec si paulo minus usuras et magna adiutatus diu.
24. Modo sursum modo deorsum, tanquam collus cernui.
25. Consilium patriae legumque oriundu' rogator.
26. Certa sunt sine detrimento, quae inter sese commodent.
27. Si facies praestat facie, si corpore corpus.
28. Parcant illi magis, cui possint, cui fidem esse existiment.
29. Cum sciam nihil esse in vita proprium mortali datum.
30. Fuimus pernices, aeternum id nobis sperantes fore.

---

18. Non. p. 162.

19. Non. p. 195. *talicis... medii papillae* ci. Scal. *t. aut verruca* ci. Merc. *tamen alii verrucae a. c. naevusve vel papulae d.* ci. Palm. p. 151. *papillae* vulg. Dusa. *naevus* ci. Merc. Equidem *alibi — naevus vel papulae* reponendum esse duco. *medius* locum habere non potest. sed *verruca cicatrix naevus*, *papulae* habent quoddam simile, ut recte inter se comparari possint.

20. Non. p. 225. b. *ad quod* Dusa, perperam.

21. Non. p. 162. a.

22. Non. p. 25. a. *videt* Codd. *vident* Dusa recte.

23. Non. p. 525. a.

24. Non. p. 13. a. *colus* Codd. *collus* Scaliger (de petauristis) Bentin ex 136. b. ubi *collus cernis* scriptum est. ubi *cernui* ci. Bentin. I. M.

25. Non. p. 260. a. *progator* Codd. W. L. *rogator* G. vulg.

26. Non. p. 188. a. *inter sese* Codd. *se* Dusa. *caetera* alii apud Dusam.

27. Non. p. 255. a. *facie* non est in libris MsS. sed haud dubie supplendum.

28. Non. p. 252. in Codd. est: *parcat illi maius cui possint, cui fidem esse eximent.* quae corrupta esse nemo dubitat, sed emendandi varia est ratio; aut enim pluralem verbi finiti aut singularem in omnibus reponunt, et est *possit* in L. G. *eximent* nullo modo ferri potest, et satis probabile quod Dusa reposuit: *existiment*, vel potius *aestiment* quod verum puto. denique pro *maius*, *magis* legendum est. Totus igetur locus ita constituendus esse videtur: *parcant illi magis cui possint, cui fidem esse aestiment.*

29. Non. p. 247. a. *datum est* Codd. *est* delendum *d. esse* I. Guil. de toto hoc loco cfr. Turn. 29. 9. Guil. II. 10,

30. Non. p. 251. a.

31. Si non tamen ad te hoc redivit, hoc carebis commodo.
32. Metuo ut fieri possit; egoque ab Archilocho excido.
33. Quam non solum devorare se omnia ac deverrere.
34. Iam qua tempestate vivo, certo senem ad me recipio.
35. Et si maxume, quod spero, mutuum hoc mecum facis.
36. Primum qua virtute servitutem excluserit.
37. Quanti vellet, quam canicas apud te et maconis manu.
38. At metuis porro ne aspectu et forma capiare
Altera. — —
39. Re in secunda tollere animos, et in mala demittere.
40. Rerum expilatorem mittam, miserum mendicum petam.
41. Ego enim a pueritia, ut me amore expediam.
42. Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.
43. Hymnis velim te id, quod verum est, credere.
44. Sospitat, impertit salutem plurimam et plenissimam.

---

31. Non. p. 261. b.

32. Non. p. 206. a. *metuo ut fieri possit ergo, quo ab Arciloco excido* plurimorum Codd. lectio est. *ego vivo ab arciloco excidere* G. B. sed rectius Dusa *egoque* emendat.

33. Non. p. 284. a. *se omnia ac dev.* Codd. *sed omnia etiam dev.* olim conieceram, sed parum probabiliter. fortasse pro *quam* legendum est *quae.*

34. Non. p. 276. a. *in qua te* Dusa *certe sine* Codd. *certe finem* ms. Palat. *senem* ci. Gebhard. p. 63. *certo fine* Dusa. *certo senem* mihi quidem maxime probabilis lectio esse videtur.

35. Non. p. 95. *pro mut.* W. quae mera est prioris syllabae repetitio.

36. Non. p. 206. a. *servitute* Codd.

37. Non. p. 62. a. *quanti vellet quam canicas a pulte et magonis manu* haec Codd. lectio. sed in W. pro *a pulte* legitur *apud te*; itidem ante A. M. *maconis* L. A. I.

38. Non. p. 172. a.

39. Non. p. 196. a. *dimittere* Codd.

40. Non. p. 250. *expliratorem* W. *explicatorem* L. *expilatorem* G. *rem cum expilatore* B. *expiscatorem* ci. Scal. *exploratorem* an *expilatorem* legendum sit dubium, sed hoc probabilius: *explicatorem*, quod Dusa habet, reiiciendum.

41. Non. p. 205. b. *Ego enim an persiciam, ut me amare expediam* haec Codd. lectio. sed „*Ego enim an percinam ut* B. *Ego enim a pueritia ut* A. Dusa. *E. e. aut pueritiam aut me a. expediat* v. c. Dusae. Equidem emendaverim: *Ego enim aut porriciam aut me amore expediam.*

42. Non. p. 62. *Tibicidas tibicinas* mg. W. *Cibicidas* ci. I. Gulielm. M. idque necessarium propter litterarum ordinem omnia enim, quae hic lauduntur vocabula, litteram *c* primam habent.

43. Non. p. 188. ex lib. XXVI. laudat W.

44. Non. p. 321. *plurima et plenissima* Codd.

LIB. XXVIII.

1. Concedat homini id, quod vult; deliniat,
Corrumpat prorsus, ac nervos omnes elidat.

2. Orationem facere compendi potes,
Salvi dum salvo tergo, et esse tergino licet.

3. Polemonem et amavit et post mortem huic transmisit suam
scholam, quam dicunt.

4. Quapropter certum est facere contra, haec persequi
Et nomen deferre hominis. — —

5. Omnia viscatis manibus leget, omnia sumet,
Crede mihi, presse res auferet omnis. — —

LIB. XXVIII.

1. Non. p. 190. a... *deleniat — eligat* Codd. *velit* prob. Merc. ex p. 184. a. *deligat* W. cfr. p. 206. b. ubi haec leguntur: „Eligere significationem habet apertam. Eligere defatigare" et idem Lucilii locus laudatur. Eligere positum est inter *Exsultare* et *excludere*, sed cum scriptor ordinem litterarum non accurate sequatur, inde nihil colligi potest: Imo putaverim, duo lemmata *Eligere — Elidere* in unum coaluisse. Quod enim Klotz statuit ad Cic. Tusc. p. 599. *Eligere* esse idem quod eradicare, est hoc quidem illo Ciceronis loco, sed *nervos eligere* dici posse nego.

2. Non. p. 281. *potes* L. m. 2. Turn. Dusa. *postes* G. L. M. 1. *solvi dum* Editt. *salvo tergo et tergino licet* ci. Turn. 29. 2. *salvi non licet* B. *tergo et Tergino* L. G. Editt. sententiam quod attinet cfr. Plaut. Mostell. I. 1. 57. „orationis operam compendifacito." et Poen. I. 2. 138. „Curam hunc facere compendi potes." totus igitur locus ita legendus: *orationem facere compendi potes. salvi dum salvo tergo et esse tergino licet.*

3. Non. p. 281. a. *P. et am. mortem* Codd. *Cratem et* ci. Victor 6; 1. *Polemonem amavit et post mortem huic* ci. Iun. de Xenocrate. *scolem* G. B. *stolam q. ducunt* IDusa *scholam quam dicunt* ci. I. Victor. *Polemo Cratem deamavit et huic tr. s. scholam* Gebh. p. 63. Iam quomodo ex *Cratem* librarii *mortem* finxerint, equidem me non intelligere libenter profiteor; praeterea haud dubie *scholam* legendum est, quippe quod vocabulum Lucilii aetate nondum satis usitatum fuit, ita ut *quam dicunt* (non *ducunt*) commode addi potuerit. *post* ante *mortem* omissum est, ne accusativus verbi *amare* desideraretur. Caeterum Polemonis mentio eodem consilio a Lucilio facta esse videtur quo apud Horatium Serm. II. 3. 254.

4. Non. p. 198. a. *et persequi* Dusa. *haec persequi* legendum est. *hac* Codd.

5. Non. p. 268. cfr. p. 227. a. 269. a. *omnia sumet crede* vulg. *prae se aget ac feret omnia* ci. IDusa *presse res auferet omnes* ci. Popma ad Varr. p. 322. cfr. supra p. 226.

6. Ut si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quintus Vatia
Qua varicosu' vatrax. — —

7. Socratium quid ante tyranno misisse Aristippum autumant.

8. In concedere unum, atque in eo dare, quo superatur manus.

9. Vel si alio opus sit, forte; si hinc aliquo cesseris.

10. Hinc ad me, hinc licet anus rursum ad armillum.

11. Minitari aperte, capitis dicturum diem.

12. Nullo honore displetu', nullo funere.

13. Summittas alios, si, quos possis, censeas.

14. Ne hoc faciat, atque ex hac aerumna exeatis.

15. Quid me fiet, siquidem non vis te improbis committere.

16. Commovet se nusquam, neque committet, ut pereat sibi.

17. Hic tum conventus, tela, insidiaeque locari.

---

6. Non. p. 16. a. *vacax, qua varicosus vatax* Codd. *vatrax* tortis pedibus a ranae vocabulo, quod Graece batrachos dicitur Ms. I. *araneae* vocabulo, quod Graece votrax dicitur. W. in marg. idem Glossema in marg. Victor. *maximus Quintus Vatia. qua varicosus* ci. M. *Verrucosus* ci. M. I. pro *vacua Vatia* vel tale quid legendum esse videtur. tum pro *Vatax* haud dubie *vatrax* scribendum est.

7. Non. p. 161. b.

8. Non. p. 184. a. *In concedere unum atque in eo dare quo superatur manus:* Codd. *In* Dusa omittit. *in eo dicere* idem. nescio an e Codd. nam mei non variant. praeterea ex Lib. XXVII. laudatur. Iam quod Nonius *concedere credere* vel *consentiri* interpretatur, dicat aliquis legendum esse *id conc. — atque eo dare, quo superetur manus*. sed nil certi dicere audeo.

9. Non. p. 171. a. *forte* Dusa. qua coniectura facile caremus.

10. Non. p. 53. a. sine ulla varietate lectionis in Codd. *ilicet* ci. Palm. armillum est genus urceoli vinarii, ita dictum, quod armo i. e. humero deportatur cfr. Non. 375. a. et Fest. s. v. hinc *anus ad armillum* proverbium de iis, qui ad notas artes revertuntur. fere enim bibaces sunt vetulae.

11. Non. p. 192. b.

12. Non. p. 219. a. *displetu* Codd. *defletus* ci. I. *diffletus* ci. Frut. *dispretus* vel *despretus* Paulus. omnia vana. una Codd. lectio defendenda.

13. Non. p. 264. a. *posse* v. c. Dusae *censeo* ci. I. Dusa; alterutrum utique legendum puto.

14. Non. p. 203. a. *is exeat* mg. I. alii ap. Dusam.

15. Non. p. 169. b. *siquidem noli iusta improbo comm* Dusa.

16. Non. p. 169. b.

17. Non. p. 232. a. *haec tum conventus tela insidiaeque locavi* Codd. *haec tamen* c. A. I. *hic tum* mg. I. *tela insidiasque* vulg. cfr. p. 185. ibi *hic tu* Codd. *hic tum* Dusa. *haec tum* alii ap. Dusam. *tui conv.* A. I. pro *insidiisque lo-*

18. Piscium magnam atque altilium vim interfeci; istud nego.
19. Adde eodem, tristis ac severus philosophus.
20. Caede ostium, Gnato, urge: restant: periimus.
21. Agite, agite fures, mendacia argutamini.
22. Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.
23. Quid sic balistas iactas centenarias?
24. Primo redundat aurum ac thesauri patent.
25. Persuade, et transi, vel da, quamobrem transeas.
26. Pueri praeterea nostris qui subeant iubet.
27. Malo hercle vestro confectores cardinum.
28. Lucili si in amore inritarit suo.
29. Utrum anno an horno te abstuleris a viro.
30. Praeter haec subsicivam si quando voles operam.
31. Vitam ac fortunas cui concrediderim meas.
32. Cui saepe mille imposui plagarum in diem.
33. Sarcinatorem esse summum, suere centonem optume.

---

cavi quod est in libris, *insidiasque locasti* al. ap. Dusam mg. I. *insidiaeque locari* ci. Fr. Dusa. *hic tum conventus; tela insidiaeque locari* Ger.

18. Non. p. 226. b. *piscium magnam atque altilium vim interfecisti ut nego* Codd. *pisc. genera* mg. I. Merc. *interfeci; istud nego*, vel *interfecisti: id nego* ci. V. D. *interfecisti ut video* ci. IDusa.

19. Non. p. 278. a. *adde eodem tristis ac severus philosophus* Codd. *tristes ac severos philosophos* v. c. Dusa.

20. Non. p. 283. a. sed p. 186. b. ex libro XXIX. laudatur et ibi locus ita scribitur. *caede hostium, grato urge reistam perimus. caedem hostium* ci. Merc. Palm. p. 162. *gnave urge* ci. Fr. Dusa. Palm. p. 162. *gnate* Iun. e Codd.

21. Non. p. 163. a.

22. Non. p. 211. b. *tumido vadit pede* b. *si fuga* Lindem. ad Plaut. Capt. II. 1. 15. *St! fuga fingitur ac pede percitu' vadit* ci. Acidal. ap. Gruter. VI. p. 93.

23. Non. p. 582. *quid fit ballistas iactans centenarias?* Codd. *iactas* 1480. A. I. *quid sic b. iactas* Turneb. Dusa; recte.

24. Non. p. 261. a. *redundat* b. Dusa. recte.

25. Non. p. 191. a.

26. Non. p. 274. *pueris* ci. Fr. Dusa.

27. Non. p. 185. b. *carnium* ci. Fr. Dusa perperam.

28. Non. p. 21. b. *Lucilius si* Dusa.

29. Non. p. 85. a. *te abstineris* ci. Scal.

30. Non. p. 119. a. *praeter haec subsicivam* ci. Merc. *opera* ci. IDusa sed Mercerii coniectura praeferenda.

31. Non. p. 188. *cui cum cred.* A.

32. Non. p. 358.

33. Non. p. 119. b.

34. Tantis et imperiis mentes ad sidera tollent.
35. Verum tu quid agis? interpella me, ut sciam.
36. Prospiciendum ergo in senectam nunc adolescentiae est.
37. Quasi aquam in animo habere intercutem.
38. Quare pro facie, pro statura.
39. — — Quaeque aspectu sunt spurca et odore.
40. Fulmentas eis atque aeneis subducere.
41. Nec provocat ullo pretio.
42. Coice te intro, ac bono animo es.
43. Nihil parvi ac pensi, uti literas doceas lutum.
44. Hymnis ego animum sic induco, quod tua ab insano auferas.
45. Habes omnem rem: timeo ne accuser.
46. Chremes in medium, in summum ierat Daemenetus.

---

34. Non. p. 276. *tanti si temporis montes et faetera tollent* haec Codd. lectio, nisi quod teste Palm. in vetusto Cod. exstare dicitur: *tutius et. tenerent mortes.* sed Codd. lectionem variis coniecturis V. V. dd. tentarunt. *t. t. se m. et foedera tollent* ci. Scal. Dusa. *tanti se tempestatis montes adsidera tollent* ci. I. Dusa. *tutius intentant mortes et foedera tollent* ci. Paul. Merula ad Ennii Annales. *tantis imperiis* vel *emporiis mentes ad foedera* i. e *sydera tollent* ci. Palm. quod unum rectum puto sed ita *ad sidera tollent.* Scaliger montes aquarum intelligit et *foedera* pro *foeditates* dictum putat; quae vix cuiquam probari posse existimo.

35. Non. p. 226. b.

36. Non. p. 355. b. *in senecta — adulescentia* Codd. *senectam — adulescentiae* ci. Fr. Dusa.

37. Non. p. 25. a. te L. A. Dusa. *quasi a.* W. L.

38. Non. p. 154. b. *pro staturâ Accius status* Codd. *accius* om. 1526. I. idque haud dubie delendum, quippe quod ex superiore loco repetitum sit. sequentia apud Nonium male interpuncta sunt, et hoc modo scribenda: *status masculini* (scil. generis) *quare* ci. I. Dusa.

39. Non. p. 268. b.

40. Non. p. 140. b. *fulmentas aeneis atque aeneis subducere* Codd. *eis atque* A. I. *clavis aeneis subcudere* ci. Casaub. *senis ac tinis subd.* ci. Salmas. *f. aeneas atque aureas subcudere* ci. Gerl.

41. Non. p. 249. b. *nec par vocat ullo pretio* Codd. *parvo catullio vel catillo pretio* ci. M. 1. *porro catullo pretio* G. B. utrumvis ferri potest: *et par. catulio pretio* et *nec provocat ullo pretio.*

42. Non. p. 346. *coici* Codd. *coice* legendum.

43. Non. p. 25. a. *litera docens lutum* Codd. *nil utiliter edoceas* l. Turn. 29. 17. *lutum* i. e hominem lutulentum — *litteras d.* de mea coniectura.

44. Non. p. 225. b. *ighymnis* G. L. *tu ab* G. L. Edd. *ad quod* Dusa.

45. Non. p. 218. b. Dusa ex lib. 29. laudat.

46. Non. p. 226. b. ex lib. XXVIII. laudat L. G. alii ex lib. XXIX. *ire ad*

47. Hic corpus solidum invenies hic stare papillas
Pectore marmoreo.

48. Eidola atque atomos vincere Epicuri volam.

49. Nunc tu contra venis, vel qui in nuptiis vel esse neges te,
Nec sine pernicie.

50. Facio ad lenonem venio tribus in libertatem millibus destinet.

LIB. XXIX.

1. — — Hoc cum fecerit,
Cum ceteris reus una tradetur Lupo:
Non aderit: ἄρχαις hominem et στοιχείοις simul
Privabit; cum igni et aqua interdixerit, duo
Στοιχεῖα habet, id maluerit: privabit tamen.

2. Habeasque animo mihi admodum causam gravem
Fore, quae me ab ullo commodo abducat tuo.

Codd. *ire addit menedemus* ci. I. *ire Daemenclus* ci. Lips. Ep. quaest. prob. Fr. Dusa.

47. Non. p. 265. b. Dusa laudat ex lib. XXIX.

48. Non. p. 525. b. *et dola atque atomus vinceri Epicuri volam* haec Codd. lectio. *idola* mg. I. Dusa. *eidola* M. *acomus* L. *atomos* mg. I. M.

49. Non. p. 105. a. *Permities periculam* exitium Lucilius lib. XXIX. sed in W. MsS. M. ante A. W. XXVIII. *nunc tu contra venis vel qui in nuptis vel sese neces te*, *Nec sine permitiae* Codd. *neges* W. ante A. mg. I. *te* om. A. I. *contraheris veluti in n. versere necesse Nec* vel *vel si in n vel si sine*, *certe nec* ci. M. perperam.

50. Non. p. 199. *ablenone* A. *ut tr.* vel *qui tr.* ci. Frut. *ad l. v. facio destinet* vel *destino* Acid. ap. Gruter VI. p. 177. *destinet* A. Dusa. *destines* al. ap. Dusam.

LIB. XXIX.

1. cfr. Probus ad Virgil. Eclog. p. 72. Edit. Basil. 1565. fol. *quid, haec cum fecerit* Scal. *Eum privabit. Igni*... Duo *habet* σ τ ο ι χ. idem *haec maluerit* Dusa. de Lupo cfr. Lib. I. 4. *feceris* an *fecerit* scribendum sit, non satis certum est. loquitur poeta de homine, quem iudex iniustissimus, Lupus damnabat. de sententia cfr. Cic. Or. pro Roscio Am. c. XXVI. ,,Non videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente caelum, solem, aquam terramque ademerint?" in fine fortasse legendum: *haec maluerit privatur tamen.*

2. Non. p. 216. b. cfr. Lips. Ep. Quaest. V. 14; *gratam forte* B.

3. Qui mihi quantum est inter humanum genus ferarumque et inter se coniugat, communicat.

4. Apollo st numen, qui te antiquis non sinet
Deliacis maculam atque ignominiam imponere.

5. Deierat enim scripsisse et post non scripturum,
Redire in consortionem.

6. Cum cognoveris, vitam sine cura exigas.

7. Anno vertente dies tetri miseri ac religiosi.

8. Et amabat omnes: nam discrimen non facit,
Neque signat linea alba.
Sic Socrates in amore, et in adolescentulis
Meliore paulo facie signat, nihilque amat.

9. — — Tu qui iram indulges nimis?
Manus a muliere abstinere melius est.

---

3. Non. p. 24. a. *qui mihi* Dusa. *rerumque* W. L. MsS. M. *ferumque* ci. M. *rerum quod i.* Dusa. *coniugat* 1526. *coniungat communicetque* al. ap. Bentin. lege: *quam mihi, quantum est inter hominum genus, ferarumque et inter se coniugat communicat.*

4. Non. p. 15. b. *Apolost* Codd. *Appollost* I. 1583. *numen* al. inquit M. 1. *At pol est numen* ci. Frut. *delicis* W. L. mg. I. *delitiis* A. *Deliacis* ci. Iun. quae coniectura si recipitur, totus locus pertinet ad τῆν ϑεωρίαν, quam Athenienses quarto quoque anno Delum legarunt, de qua cfr. Platon. Phaedon. p. 58. a. b. c. Ed. Steph. atque ad Socratis mortem, de qua etiam in sequentibus loquitur. quam ob rem etiam *numen* veram lectionem puto.

5. Non. p. 133. a. *XXIX* L. etiam in W. alterum *X.* compunctum; XXIX Dusa de coniectura. fortasse legendum: *et redire in consort.*

6. Non. p. 200. b.

7. Non. p. 238. b.

8. Non. p. 275. a. *Sic Soc.* W. *Si S.* L. I. 1583. Dusa. *Si Socratis amores in* al. ap. Dusam al. in margine I. *Si Socr. est in amore adolesc. m. p. f.; ac si nihil a.* ci. Gebh. p. 65. *Sic Socratis amores in ad.* ci. Lips. ep. q. 4, 19; *nihilque amaret* Codd. *nihil quod a.* ci. idem. *Sic Socrates in am.... nihil quod a.* ci. Merc. ad Aristaenetum, ubi 282, 27. 405. 16. praeponi iubet. quod verum puto. sed in verbis: *nam ut discrim.* A. I. Turn. Dusa. *ut* om. cfr. Victor. 20, 22. *omnes at disc.* G. Turn. 29, 27. *omnes natura ut* mg. I. sed in margine Ed. Dusianae quae Fr. Petiti fuerat, totus locus ita scriptus erat: Si Socrates in amore meliore paulo facie signat, nilque amat, Et amabat omnes; nam discrimen non facit. neque signat linea alba." cfr. Heusde de Lucilio p. 194. quae tam insulsa, ut mireris, quod H. talibus ineptiis tantum tribuerit.

9. Non. p. 223. a. de accus. cfr. loca

10. Prius non tollas, quam Tulli animum ex homine,
Atque hominem ipsum interfeceris.

11. Amicos eum improbo illo audivimus
Lucilio advocasse. — —

12. Praeterea ut nostros animos attendere dictis,
Atque adhibere velis. — —

13. Sic, inquam, veteratorem illum, vetulum lupum
Hannibalem acceptum. — —

14. At non sunt similes, neque dant. quid si dare vellent?
Acciperesne? doce. — —

15. Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum
Deportem. — —

16. Qui et te poscent minus, et praebent rectius multo,
Et sine flagitio. — —

17. Si retinere hunc voles, si longius te producturum, et diutius.

18. Cohibet domi maestus se Albinus, repudium quod filiae remisit.

Afranii et Terentii ap. Forcell. et Non. p. 342. a. *Tu quid irae — indulges?* Dusa.

10. Non. p. 225. b. *ex nomine* Codd. *quam Tullium ex nomine atque omine* ci. Lips. Ep. q. 3, 14. *quam tuli* A. *quem tuli...* *At hom.* v. c. Dusae. *ex homine* ci. Gerl.

11. Non. p. 53. a. *amicos hodie* Dusa.

12. Non. p. 162. *attendere de re dictis* Codd. *rem* Dusa ex 275, 25. *de re* om. Edd. et haec vocabula nil aliud quam extrema pars prioris vocabuli repetita est. *nostris* Dusa fortasse recte. *animum* al. ap. D. *Atque aures adhibere v.* Var. lect. apud D.

13. Non. p. 163. b. *vetulamque lupam illam* ci. lDusa prob. Barth. 2737. quod temerarie factum cfr. Turn. 29, 20. *Annib.* om. bB.

14. Non. p. 199. a. *quid sint* Codd. *quid si* ci. Merc. *quod si* de coniectura mea. *acciperisne* Codd. *acciperesne* Ms. Fabri.

15. Non. p. 25. a. *collareque* Codd. *-ri.* Dusa Turn. 29, 17. *catulum collareque ut fugitivus deportem* MsS. Fabri cfr. Cuiac. Observv. XI. 22. et Plaut. Capt.

16. Non. p. 214. a. *qui ete poscente minus et praebunt* Codd. *quiete poscent te m. et praebebunt* ci. IDusa. *qui et te poscent* ci. Roth. *praebent* vulgo. Dusa.

17. Non. p. 253. *hunc voles* Codd. *hanc* scil. *vitam* ci. Gerl. I. post *diutius* fortasse adiiciendum *speras* vel tale quid.

18. Non. p. 239, b. et p. 260. *cohibet et domina maestus se albinus* Codd. *omnia aestus* G. sed altero loco recte: *cohibet domi maestus se, Albinus* etc.

19. — — ventrem alienum
Maestum fovere ex molito hordeo, uti cataplasmo.

20. Certum scio esse ita, ut dicis. nam mihi erant de illo explorata omnia.

21. Aetatem tibi istuc laturam, et bellum, si hoc bellum putas.

22. Primum ex advorso, si quod est coenaculum,
Quo recipiat te. — —

23. — — gymnasioque,
Schemate ut antiquo spectatores retineres.

24. Ubi erat σκοπός
Eicere istum abs te, quamprimum et perdere amorem.

25. Hic me ubi videt, subblanditur, palpatur, caput scabit, pedes legit.

26. Quid mihi proderit, quum satias iam omnium rerum esset facta.

27. Nunc tu contra venis, vel qui in nuptiis, vel esse neges te, nec sine pernicie.

28. Perge, amabo, ac, si potes, face dignam me ut vobis putem.

29. Hoc invenisset unum ad morbum homini vel bellissimum.

---

19. Non. p. 213 et 239. *ventrem alienum mestitum*, sed altero loco recte: *maestum* Codd. *alienum aestu* ci. Guil. ad Curc. 3. impr. Merc. *moestum fovere* I. *est confovere* mg. I. *ex ordeo uti cat.* Guil.

20. Non. p. 202. b. *de illo* Codd. *ex illo* Dusa.

21. Non. p. 169. a.

22. Non. p. 261. *si quo* L. m. 1. *quod rec. te* B. utrumque perperam.

23. Non. p. 153. a. *in gemnasio ut schema antiquo et spectatores retineres* Codd. *cum schema* ci. Bothe. *in gymnasioque Ut* mg. I. *schemate ut* ci. IDusa. *antiquum* olim conieceram; nunc Dusae adsentior. *est peccatores* L. AI. *retinerem* A. I.

24. Non. p. 205. a. *ubi erat scopios* Codd. *scopiose* G. B. *scopus* Dusa mg. I. σκοπός scribendum censeo.

25. Non. p. 321. a. et Fest. p. 210. Ed. OM. „*pedes pro pediculis.*"

26. Non. p. 117. b. *satias facia* L. *quam satias — tenet facta* W. *quem satias* ci. Gifan. *te iam* Codd. *te* om. W. ante A. IM. *facta* om. ci. Bentin. IM. *quum — esset facta* ci. Gerl.

27. Non. p. 105. a. *vel sese neces te* Codd. L. *neges* W. ante A. mg. I. *te* om. AI. *contraheris veluti in n. versere necesse Nec* ci. M. *vel si in n. vel si sine Nec* ci. idem sed Cod. W. hoc fragm. libro XXVIII. adsignat, ubi vide fr. 49.

28. Non. p. 252. b.

29. Non. p. 361. a. *hoc evenisset* Cl.

30. Haec est ratio: perversa aera: summa et subducta improbe.
31. Eodem uno hi modo rationes subducent suas.
32. Age nunc summam sumtus duc atque aeris simul adde alieni.
33. Chironia et non mortifera affectus vomica et vulnere.
34. Magno est, non magna mercede, magno quod conduxeris.
35. In me illis spem esse omnem, quovis posse me emungi bolo.
36. Non rediret ad se, atque illam exterminare miseram.
37. Nato quid actum est? depilati omnes sumus.
38. Dividant, differant, dissipent, distrahant.
39. Colligere, auxilium tametsi est indigna ut feram.

IDusa. *morbum ilium* idem; male utrumque.

30. Non. p. 53. a. *hoc est* Codd. *haec est ratio* ante M. *summa subd.* ci. M. *summae subd.* ci. Scal. *summa est subd.* ci. Casaubon.

31. Non. p. 271. a. *errationes subduceret* Codd. *rationes subduceret* I. fortasse *subducerent* legendum est.

32. Non. p. 194. a. *atque aeri simul* Codd. *aeri simul atque alieni* A. I. *ducat sui aeris simul atque al.* ci. I. Gruter. in suspicionibus. *simul atque al.* Dusa. *aeris s. adde al.* Codd. quod unum probandum.

33. Non. p. 127. a. *Chironia et non mortifera adfectus vomica et vulnere.* ita locus scribendus est. sed in Codice scriptum est: *Tyroneo et non mortifero ad fectus vomica et vulnera* quae sunt corruptissima. de Chironio vulnere cfr. Cels. v. 28. 5. et Apul. de herbis c. 22. *vulnera* scriptum propter antecedens *vomica.* iam ipsa Nonii explicatio pessima, qui *vomica* pro neutro plurali habuisse videtur, idque *concava loca et vetustate exesa* explicat. unde sequitur, cum *vomica* legisse, non *vomicas* quod facile alicui in mentem venerit.

34. Non. p. 187. b. *magno et non* Dusa; *magno quidem cond.* A. Dusa. I. lego: magno est, non magna mercede, magno quod conduxeris i. e. carum est, magno constat, sed non magna mercede paratum est, quod merces detrimentum, cladem significat.

35. Non. p. 24. a. *in mellis spem* W. L. A. I. Dusa. *in me illis* 1583. ci. Lud. Carrio I. 15. Frut. *possem emungi* W. L. A. I. 1583. Dusa. *volo Ter. emunxi. posse me em. bolo* ci. Carrio Frut.

36. Non. p. 18. b. *exterminare* Codd. *exterminaret* Editt. sed non satis causae est, ut *ex-re* emendetur. - *re'* ci. G.

37. Non. p. 25. a. *nato* Codd. *Gnatho* ci. Merc. *narro quod* ci. Palm. p. 157.

38. Non. p. 197. a. Cretici sunt.

39. Non. p. 207. b. *colligere auxilium, tametsi est indigna ut feram* Codd. *indignu'* ci. Passerat. de Fabio Cunct. et Minucio, divine, inquit M. 1. *indignus* ci. Paul. Merula. Fr. Dusa. *tametsi in-*

40. Favitorem tibi me, amicum, amatorem putes.
41. Ut nunc hac re mihi opem atque auxilium offeras.
42. Vos interea lumen adferte, atque aulaea obducite.
43. Quod te intromisi, gratiam referat mihi.
44. Tum illud epifoni, quod etiam tum nobile est.
45. Crus lapide, nihil est, caedam, si te offenderit.
46. Nemo hos ancipites ferro effringat cardines.
47. Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.
48. Hiemem unamquamque carpam.
49. Pluteos excutit, tectaque et testudines reddit.
50. Adde alios omnes meo periclo ex ordine.
51. Paulisper comedent iam me, dum haec se, ut polypus ipsa.
52. Surge, mulier, ducito filum non malum.
53. Cum ipsi in lutum descendant, cum alios detrahant.
54. Huc, alio cum iter haberet, praeteriens venit.
55. Quid? quas partiret ipse pro doctrina boni?

---

dignus, *feramus* ci. Passerat. *colligite auxilium tam.* ci. Bongars. *indignu' feramus* ci. I. Dusa. Si haec de Fabio intelligenda sunt, ad *colligere vasa* vel tale quid supplendum.

40. Non. p. 76. b.

41. Non. p. 246. b.

42. Non. p. 246. b. *lumen adferte* W. Editt. *auferte* L. G. b. *auferte lumen* ci. IDusa. *adferte* multo probabilius.

43. Non. p. 259. b.

44. Non. p. 240. a. *illud est epif.* B. *ἐπιφώνει* ci. IDusa. *etiamnum* ci. idem.

45. Non. p. 244. a. *crus lapide, nihil est, credam si te offenderit* Codd. *caedam* de mea coniectura.

46. Non. p. 167. a.

47. Non. ibid.

48. Non. p. 171. b.

49. Non. p. 259. a. *reddit* D. *reddere* explicat *facere*. plutei turrium credo intelligendi sunt, quos oppugnator deiicit et testudine facta murum aggreditur. quomodo *tecta* et *testudines* inter se differant, haud facile dixerim.

50. Non. p. 248. b.

51. Non. p. 149. b. *paulisper cui medemtia*, *medem haec se*, *ut polypus ipsa* ita L. *cui medentia* Al. *cui medemptia* W. *comedens edet* ci. Scal. *cui me dem edet* ci. I. D. Iam *medentes* saepius quidem pro medicis, sed non *medentia* pro medicaminibus ponitur. Coniecturis igitur opus est. coniecerit aliquis: *paulisper comedent iam me*, *dum haec se*, *u. p. i.*

52. Non. p. 214. *ducite* Codd. *ducito* D. recte.

53. Non. p. 197. b. *in lutum* W. L. *latum* B. *in locum* A. D. I. *escendant* ci. Palm. p. 97. al. ap. D. Merc.

54. Non. p. 218. b. *hoc alio* MsS. Merc. *huc* D. *hunc* libri nostri omnes.

55. Non. p. 321. a.

56. Ut si id, quod concupisset, non aptus.
57. Nec ventorum flamina flando suda secundent.
58. Unde domum vix redeat, vixque hoc exuat se.
59. Urget gravedo saepius culpa tua.
60. Deletionem nostri ad unum exercitus.
61. Detrusus tota vi deiectusque Italia.
62. Hoc tum ille habebat, et fere omnem Apuliam.
63. Utrum tristis contorto aliquo ex Pacuviano exordio.
64. Deum rex avertat verba obscoena.
65. Insulta miserum te quoque in me.
66. Primum Chrysidem negat signatam redire.
67. Supplantare aiunt Graeci.
68. Dissociat aeque omnia, ac nefantia.
69. Quis tu homo es? nemo sum homo.
70. Haec tum conventus tela insidiasque locari.
71. Omnia alia, in quibus ecferimur rebus, ne ego multis loquar.

---

56. Non. p. 160. b.

57. Non. p. 21. b.

58. Non. p. 205. b.

59. Non. p. 283. b. *gravido* Codd.

60. Non. p. 97. b.

61. Non. p. 198. b. *detrursus tota vi deiectuque Italia* Codd. *detrusus* Merc. *deiectusque* D.

62. Non. p. 217. b.

63. Non. p. 20. a. *virum tristis* W. L. A. *verum* M. *utrum tr.* D. *tristi* ci. IDusa.

64. Non. p. 244. *deum rixa vertat, vertat verba obscena* ita Codd. W. L. *vertat, vertant* b. *dein in rixam* ci. I. D. *deum rex avertat* ci. Merc. Turn. 28. 29.

65. Non. p. 225. *insulta miserum te quoque in me* Codd. *insultas mis. tu* ci. V. D. *insultat miserum te quoque muti* Ms. Fabri.

66. Non. p. 116. *primam Crisicum negat signatam redire* Codd. *primum Chrysidem* D. *Chrysicum* Al. *Chrysi cum* Scal. Dusa. *se gnatam* ci. M. *redere* L. etiam in W. *e* supra *i* scriptum; *reddere* Editt.

67. Non. p. 24. a. ὑποσκελίζειν *dicunt*, quae addidit D. omnes Codd. ignorant.

68. Non. p. 333. a. *diss. aeque* ci. Fruter. prob. M. 1. *diss. aequa o.* ci. Scal. *omnia bona ac nef.* ci. M. 1. *omnia au nef.* W. M. *omnia nef.* ante A.

69. Charis. p. 75. Ed. P. 54. L.

70. Non. p. 185. *haec tum conventus* Codd. nostri et alii ap. D. *hic tum* D. *tui conv.* A. I. *insidiaeque* Codd. *insidiasque locasti* alii ap. D. mg. I. *insidiaeque locari* ci. Fr. Dusa. Equidem sic legerim: *haec tum conventus tela insidiaeque locari.*

71. Non. p. 204. b.

72. Cum dederim vitae meae epitagma Apelli longe opera ante alia omnia.

73. Latere pendens saxa spargens tabo sanie et sanguine atro.

LIB. XXX.

1. Illo quid fiat Lamia et Pytho, oxyodontes
Quod veniunt gumiae illae, vetulae, improbae, ineptae.

2. — — Leonem
Aegrotum ac lassum. — —

3. Deducta tunc voce leo: Cur tu ipsa venire
Non vis huc?

4. Quid sibi vult? quare fit, ut intro versus et ad te
Spectent, atque ferant vestigia se omnia prorsus?

---

72. Non. p. 232. b. *Cui ubi deriminutia meae epitegma apepelli longe opera ante alia omnia* ita Codd. W. L. *Cuiderim in vita meae epitagma apelli* B. *decimi-nutia* A. I. Dusa. *dedi minutiae meae* ἐπίτευγμα *appendi* mg. I. al. ap. Dusam. *epitegina appedi* A. I. *epitigina appepeli* Dusa. quod dedi, est de mea coni. Duo extrema fragmenta 71 et 72. apud Dusam lib. tricesimo adscripta sunt.

73. Non. p. 274. cfr. Cic. Tusc. 1. §. 107. qui ex Ennii Thyeste laudat. Columna putat Lucilium in satira haec Enniana verba inseruisse. *sanie* om. I. D.

LIB. XXX.

1. *Illo quid fiat Lamia et Pitto ixiodontes quod veniunt gemiae illae vetulae, improbae ineptae* ita haec leguntur apud Nonium s. v. *gemiae*. sed hoc ipsum vocabulum dubium. apud Cic. enim de Finibus II. 8. lectio *gumiae* a Lambino et a Grutero e Palat. I. editum, ceteri enim *gumas* tuentur. praeterea eiusdem vocabuli auctoriatem firmat Appuleius Apol. p. 490. in usum Delph. et Festus v. *ingluvies* ubi a *gula* deducitur, sed rectius, Scaliger Coni. in Varr. VI. p. 151. a graeco γόμος et γέμω. cfr. *degunere* ap. Fest. p. 71. Ed. OM. ante M. *genuae* scriptum erat. *gluviae* ci. Merula. *Pytho oxyodontes quo v. i. gumiae* ci. Scal. sed *quo* facile caremus; *illinc* L. mg. I. *illepidae* ci. I.

2. Non. p. 341. a.

3. Non. p. 198. a. *deducta tunc* Ms. Fabri Dusa L. m. 1. *deducta ad hunc* ci. Guil. 2. 1. Palm. 157. *voce leo* B. G. L. vulg. nulla coniectura opus est, omnia bene se habent.

4. Non. p. 207. b. h. l. *spectant* L. G. B. *et ad te... et omnia* ci. I. *sed omnia* I. 1583. *omnia se* nostri Codd. sed recte *se omnia* D. *fit introv.* Gif. p. 440. cfr. p. 273. a. ubi pro *ut ad te* scriptum est. *aetate* et *sed omniv.* Gif. p. 440. *intus versus et ad te* cf. 30. 9; *et omnia* Guil. II. 1. al. ap. D.

5. Scito etenim bene longinquum mortalibu' morbum
In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.
6. Cui vultu ac facie, ludo, ac sermonibu' nostris
Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus honorem.
7. Tune iugo iungas me ante? et succedere aratro
Invitum, et glebas subigas proscindere ferro?
8. Continuo, simul ac paulo vehementius aura
Inflarit, fluctus erexerit, extuleritque.
9. Omnia tumendo mucho videas fervente micare.
10. — — An ego te acrem atque animosam,
Thessalo ut indomitam freno subigam ante, domemque
Bellando. — —

---

5. Non. p. 219. *cibo bene enim* W. *cito b. e.* L. B. *scito etenim b. l.* ci. Muret. D. *scito e. b.* ci. Gifan. *cibo* om. ci. Merc. *cibo vinoque invitaverit* B.

6. Non. p. 219. a. *cuius v.* nostri Codd. *reddebamus* iidem; *reddamus* 1483. A. D. cfr. p. 249. b. ubi idem locus, iterumque *cuius* scriptum, sed pro *reddebamus* legitur *reddimus*. unde coniectura *reddamus* fit probabilior.

7. Non. p. 272. a. *invitam* Guil. II. 1.

8. Non. p. 204. b. *erexerit* 1483. A. Guil. recte G.

9. Non. p. 257. b. *endo muco* W. L. *tumendo muco* B. *mucro* A. D. *mari* ci. Gifan. p. 330. Bongars. *mucho* μυχῷ Turn. 29, 28. e libr. vett. quod verum puto. *mucho* i. e. sinu cfr. Herod. II. 11. IV. 21.

10. Non. p. 272. a. et p. 159. b. priore loco legitur: *an ego te acuam atque animosam Tessalam ut indomitam frenis subigam ante domemque* altero loco ita scriptum est: *atque animosam Thessaliam et indomitam frenis subigantque domentque.* et hoc quidem loco varietas nulla, nisi quod priores Editiones *subigantque domentque bellando* habent. Sed *bellando* in optimis Codd. omissum in W. margini adscriptum; ad priorem locum haec adnotat: *te acrem atque* Dusa. *te equam* ci. Merc. *an equam te acrem* ci. Turn. 28. 8. *ante ergo Trinarium atque a. Thessaliam indomitam fr. subigantque domentque bellando* coni. I. e Ms. quod et a Codd. auctoritate longius recedit, neque rem expedit. una coniectura satis probabilis est *equam* sive *ecuam* pro *acuam*, sed ne haec quidem tam manifesta, ut utique corrigenda sit, ceterum facile alicui in mentem veniat corrigere *Thessalo ut indomitam freno subigam* cfr. Stat. Theb. 3. 13. *Thessala frena* et Val. Flacc. I. 424; *Oraque Thessalico melior contundere freno Castor.* Virg. Georg. III. 115. Lucan. Pharsal. VI. 396. Iam puellas feroces cum equabus conferri testis est ipse Horatius Od. III. 11. 9. *quae velut equa trima campis ludit exsultim metuitque tangi,* et Anacreon. fr. 75. Poetae Lyrici Graeci Ed. Bergk. p. 682. ipsam puellam πῶλε Θρῃκίη dicit, ἑταιρικὸν

11. Aut cum iter est aliquo, et causam commentavi,
Ut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.
12. Improbior multo, quam de quo diximus ante:
Quanto blandior, hoc tanto vehementiu' mordet.
13. Quae non exspectans spectandi studio, sed
Ominis impulsu ingressus tetri.
14. Sperans aetatem eadem haec proferre potesse
Mansum ex ore daturum. — —
15. — — Sic ubi ad auris
Fama tuam pugnam clarans adlata dicasset.
16. — — Curate domi sint
Gerdius, ancillae, pueri, zonariu', textor.
17. Quin totum purges, depellas me atque deuras,
Exsultes et sollicites.

φρόνημα καὶ σοβαρᾶς γυναικος ὑπεῤηφανίαν ὀνειδίζων. cfr. Heraclid. Pont. Alleg. Hom. p. 16. Schow. sed inde non sequitur *Thessalam* simpliciter pro equa dici posse; nisi si poeta vocabulo frenis adiecto equi naturam satis indicari statuit.

11. Non. p. 357. b. *aut cum — commenta viant* Codd. nostri. *At cum* Gulielm. *ut cum* ci. Lips. *causam et commenta viai* ci. idem *commenta viavit aut* mg. I. quae omnia vana commenta sunt: *commentavi* quod est in Editt. optime se habet.

12. Non. p. 223. b. *hoc tanto vehementius* A. Guil. II. 1. Dusa.

13. Non. p. 280. b. *qui non spectandi st. sed omini' t. Imp.* ci. Guil. II. 1. de vulpe in fab. prob. IDusa. qui tamen *tetri sed hemonis* mavult. *se ab hominis* B. L. *ominis* G. *ab hominibus* W. primum, quo haec pertineant, incertum; tum, paucis mutatis cetera sana puto. Initio primi versus syllaba deest, in secundo ordo verborum mutandus et *Ominis impulsu ingressus tetri* legendum; *se ab ex sed* corruptum videtur; *hominibus* propter praepositionem antepositam flexum.

14. Non. p. 96. *eandem haec proferre posset* Codd. *eadem* ci. Guil. IDusa. *si eadem* ci. Fr. Dusa. *proferre* Edd. *perferre* ci. Guliel. Fr. Dusa. *potesse* ci. Guliel. *potisset* ci. Dusa uterque. corrige: *sp. aetatem hanc eadem haec proferre potesse.*

15. Non. p. 197. b. *Sicubi ad auri allatam* Codd. *aureis* A. Dusa. *auris* acc. plur. haud dubie legendum. *tuas p. c. illatamque d.* ci. I. Dusa. *claram adlatam* A. Dusa. I. 583. *aurem... claram adlata* ci. Gifan. p. 437. *illustremque* ci. I. *clarans ad lata* ci. Lips. ep. qu. 3. 14. idque bene se habet atque restituendum. cfr. Hor. Od. 4. 3. 3. *illum uon labor Isthmius clarabit pugilem.*

16. Non. p. 81. b. *curare... tector* Codd. corrige: *curate... textor* quod iam suaserunt I. M.

17. Non. p. 206. b. *perurgeas* mg. I. *debelles* I. *delellas* L. G. *debellas* W. *depellas* B. recte. etiam *purges* bene se

18. Maximu' si argenti sexcentum ac mille reliquit.
19. Imberbi androgyni, barbati moechocinaedi.
20. Quid vero est, centum ac ducentum possideas si
Millium? — —
21. — — quid quaerimus hac re
Inductum cautum, custoditum. — —
22. Hic ut muscipula tenta, atque ut scorpiu' cauda
Sublata. — —
23. — Quantasque modo aerumnas, quantosque labores
Exanclaris. — —
24. — — Uti pecudem te asinumque ut denique nasci
Praestiterit. — —
25. Hic in stercore humi, stabulisue, fimo, atque sucerdis.
26. Quantum haurire animus Musarum e fontibu' gestit.
27. Et sola ex multis nunc nostra poemata ferri.

---

habet i. e *expies* altero versu *et* interponendum est.

18. 19. Non. p. 336. b. s. v. *imbervi* et *sescentum* altero loco *argentis*, altero *argento* scriptum, utrumque corrupte. item *inverbi* pro *imberbi; argento Maximus etsi* ci. I. *androgynus*, *barbatus*, *moechocinaedus* ci. I. contra dativo *androgyno* etc. ci. Scal. Dusa. sed maxime incertum, num hi duo versus coniungendi sint? recte enim Cuiacius et Mercerius priore loco verba: *Maximus si argento* ex sequentibus illata statuerunt.

20. Non. ead. pagina. Ceterum Nonius falsus est qui *ducentum* pro *ducentorum* positum putat.

21. Non. p. 225. b. *quid quaerimus acre inductum cautu, custoditum* Codd. *cantu stoditum* L. G. *stolidum* B. *arte inductum cautum custodem* ci. IDusa. *hac re ind.* mg. I. scribe: *quid quaerimus? hac re inductum, cautum. custoditum?* scil. *esse* vel *haberi*.

22. Non. p. 123. *tentae aque* Codd. *tentae atque ut* Turn. *contenta ut sc.* I. Dusa. *contenta atque scorpius* ci. M. lego: *tenta atque ut*.

23. Non. p. 200. a. *quotque* ci. IDusa. *quantasque modo* A. D. I. *quantas quoque m.* v. c. Dusae mg. I.

24. Non. p. 253. a. *uti pecudem tu* Codd. *te, ut d. nasci* Pr. *asinum* Guil. II. 1.

25. Non. p. 119. a. *fabulisque* Codd. *sabulisque* ci. Gulielm. *stabulisque* ci. V. D. prob. M. *stabulique* ci. IDusa. *fabuloque* ci. Scal. *sucerda* ci. Scal. et Gulielm. *stabuli* aut *stabulis* corrigendum est.

26. Non. p. 217. a. et 218. a. priore loco: *quanto haurire animus Musarum e fontibus gestit*" altero: *quantum haurire animas Musarum et fontia gestit. ea fontia* G. B. b. *et fortia*; inde facile genuina poetae verba restituuntur.

27. Non. p. 207. b.

28. **Nunc, Gai, quoniam incilans nos laedi' vicissim.**
29. **Et sua perciperet retro rellicta iacere.**
30. **Cum me hoc tempore nugator cognoscere non vis.**
31. **Summatim tamen experiar rescribere paucis.**
32. **Idque tuis factis saevis et tristibus dictis.**
33. **Neminis ingenium tantum confidere oportet.**
34. **Si liceat facere etiam hoc versibus reddere quod do.**
35. **Sicuti te, qui ea, quae speciem vitae putamus esse.**
36. **Secus cum e medio ac ludo bene potu' recessit.**
37. **Calvu' Palatina vir nobilis, ac bonu' bello.**
38. **Et saevo ac duro in bello multo optimus hostis.**
39. **Quod tua collaudes, culpes, non proficis hilum.**
40. **Sed tamen hoc dicas, quid id est, si noenum molestum est?**
41. **Lanae opus omne perit, pallor, tineae omnia caedunt.**
42. **Plauda una est pedibus cariosis mensulibano.**

---

28. Non. p. 86. b.

29. Non. p. 223. a. *percipere* Codd. *perciperet* — *rellicta* Guil. II. 1. D. r. *reiecta* ci. D. *relicta* ci. Fr. D.

30. Non. p. 24. b.

31. Non. p. 203. a.

32. Non. p. 264. b. *saevis factis* Dusa. *tuis saevis dictis ac tr. facta* vel *factis* ci. Guil. improb. Fr. Dusa.

33. Non. p. 98. b. cfr. Priscian. L. VI. c. 3. p. 228. Ed. Kr. ubi ita legitur: *heminis ingenio quenquam confidere oportet.*

34. Non. p. 191. a. *et iam hoc* v. l. Dusa. *atque hoc* Dusa mg. I.

35. Non. p. 118. b. *quia quae* ci. Gerl. *vitae esse* ci. idem.

36. Non. p. 107. b. *Secus cum eo medio ac ludo b. p. r.* Codd. *Serus cum e medio lustro* IDusa. *serius comoedo e ludo* ci. Scriv. *serus cum e medio ludo* legendum esse censeo.

37. Non. p. 313. b. *Pallantino* Codd. *Palantino* AIM. *Palatino* ci. Fruter. Guliel. Dusa. id quod verum iudico, quod tribus significari videtur; sed nomine montis cuiusquam sedes definiri nusquam inveni.

38. Non. p. 263. b. *optimus hastis* ci. Guliel.

39. Non. p. 83. a. *quod tua laudes, culpes* Codd. *quod tuas* A. *quodque tuas* IM. *quod iuvas* ci. Merula. *quod tua collaudes, culpes* ci. Gerl.

40. Non. p. 98. *quid est nenum* A. I. *quid est i noenum* (*i* compunncto) *quicquid est* ci. M. *quid id est* ci. C. L. Schneid. *nenu* I. Scal. Dusa.

41. Non. p. 186. b. *lanae* B. Guliel. Dusa. *lana* cett. Codd. *squallor tineae* Scal. coni. p. 75. *pallor tineae* Scal. Cat. p. 476. prob. Merc. cfr. 313. b. ubi *pallor* explicatur *vetustas* et *negligentia*.

42. Non. p. 59. a. *plauda* Codd. *planta* ante M. *plauta* ci. Scal. Palmer. *lauta*

43. Non datur; admittit nemo; nec vivere ducunt.
44. Cuia opera Troginu' calix per castra cluebat.
45. Gratia habetur utrisque illisque sibique
Simitu.
46. Culcitulae accedunt privae centonibu' binis.
47. Quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?
48. Quid servas, quo eam, quid agam? quid id attinet ad te?
49. Quid dare, quid sumti facere ac praebere potisset.
50. Sic laqueis, manicis, pedicis mens irretita est.
51. Gaudes, cum de me ista foris sermonibu' differs.
52. Et maledicendo multis sermonibu' differs.
53. Haec dum me insimulas, nonne ante in corde volutas?
54. Ipso cum domino calce omnes excutiamus.
55. Ut semel in Caeli pugnas te invadere vidi.
56. Haec artis virtutis tuae monumenta locantur.
57. Et
His te versibus interea contentu' teneto.
58. Producunt me ad te, tibi me haec ostendere cogunt.

---

ci. Scal. *mensa Liboni* vel *mensa libavit* ci. Scal. *mensa Libano* ci. Palm. *mensula vino* ci. Turn. Had. Iun.: *mens elephanti* vel *mensu elephanti*. hoc in versu omnia incerta, ita ut nil mutem. „De uxorum incommodis et mendis feminarum procul dubio egit Lucilius; inter eas esse quasdam plautas, pedibus morbosis, enormi corpore." *Mensa Libonis* veram lectionem puto, et putal atque mensas argentariorum intellexerim, quibuscum mulierum formas conferri existimo. cfr. Cic. pro Sest. 8. Hor. S. II. 6. 34. et Interpp. ad h. l.

43. Non. p. 194. a. quod additur: *Orco spondent septimum* ex p. 360. b. errore librarii huc transscriptum.

44. Non. p. 58. b. et 62. b. altero loco *quia* pro *cuia* scriptum *Terginocalix* Had. Iun. *terginas calix* Scal. quod magis probaverim.

45. Non. p. 119. a. *illis quae, sibi quae* Codd. *illisque, sibisque* M. *illisque tibique* ci. I.

46. Non. p. 24. b.

47. Non. p. 285. a.

48. Non. p. 263. b.

49. Non. p. 350. b.

50. Non. p. 239. b.

51. Non. p. 195. a.

52. Non. p. 195. b.

53. Non. p. 285. a.

54. Non. p. 204. a.

55. Non. p. 221. b. *pugnos* ci. IDusa perperam.

56. Non. p. 252. a. *virtutis haec tuae artis* Codd. *virtusque tuae atque* ci. I.

57. Non. p. 180. b.

58. Non. p. 254. b.

59. Quanti nos faciant socii, cum pareere possunt.
60. Et virtute tua et claris conducere chartis.
61. Quid? sua committunt mortali claustra Camoenae?
62. Hoc etiam accipe, quod dico: nam pertinet ad rem.
63. Publica lege ut mereas, praesto est tibi Quaestor.
64. Accipiunt leges, populus quibu' legibus exlex.
65. Aut operat aliquo in celebri cum aequalibu' fano.
66. Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque.
67. Haec vestimentis maculosis tum aspicit ipse.
68. Quem sumtum facis in lustris, circum oppida lustrans.
69. Iuratam se uni, cui sit data deque dicata.
70. Praeservit, labra delicit, ac delenit amore.
71. Sensu nutricatum sane caput opprimit ipse.
72. Euplocamo digitos discerniculumque capillo.
73. ..... Et circum volitant ficedulae, turdi,
Curati sociis.

---

59. Non. p. 252. a. *sociis c. p. possunt* ci. IDusa.

60. Non. p. 188. b.

61. Non. p. 170. b. *quia sua* Codd. *quid sua* ci. I. *quod sua* Dusa.

62. Non. p. 163. b.

63. Non. p. 235. b. *p. uti lege aes* ci. IDusa. *Publicia lege ut mereas* ci. Frut. sed legem Publiciam novi nullam. quare rectius fortasse legitur: *publica* (sc. *stipendia*) *lege. ut nunc* M.

64. Non. p. 6. a.

65. Non. p. 358. a. *aut operatu'* I. *aut operata* ci. Gulielm.

66. Non. p. 237. a. *quum scis* II. 1. cfr. 242. b.

67. Non. p. 239. a.

68. Non. p. 229. b.

69. Non. p. 197. b. *adaequae dic.* Codd. *adaeque* AI. vulg. *atque dicata* Ms. Fabri *deque dicata* ci. Carrio I. 4. Dusa. quod verum puto.

70. Non. p. 190. a. *praeservit, labra delicit, delenit amore* Codd. *delingit* Turn. 28. 8. *delinit* A. Dusa. I. *praesternit l. deliciis* ci. Guliel. II. 1. *del. odore* Dusa. *delicat hinc delenit amore* ci. IDusa. Ego nil mutaverim; pro *amore* corrigat aliquis *amori* sed falsis ille ductus rationibus.

71. Non. p. 325. b. *nitricatum* mei libri. *nutricatum* AIM. idque necessarium. *sane caput* L. A. I. Dusa. *obruit ipse* Dusa. lege: *opprimat.*

72. Non. p. 24. b. *deligitis* W. *digitos* ci. Scal. *digitus* ci. IDusa. utrumque eodem redit.

73. Non. p. 187. b. *ficetulae curatis soci* Codd. *ficedulae* 1483. A. Dusa. *ficedulae* emendandum. *tardi* A. *coci* L. G. A. I. 1583. *curati se* (i. e sine) *cocis* ci. Palm. 164. *curatus coci* Dusa. *turdis curatis coci* b. *curatu coci* ci. IDusa. *sociis* ci. I. *curati focis* ci. Gerl. sed ad

74. Sed quid ego haec animo trepidanti dicta profundo?
75. Nolito, tibi me maledicere posse, putare.
76. Tristem et corruptum scabie et porrigini' plenum.
77. Quae quondam populi ora atque aures, pectora rumpit.
78. Nemo istum ventrem pertundet, delicietque
Uti via atque videbis.
79. Hoc missum facies, illo me utere libente.
80. Sublatus pudor omni'; licentia, fenu' refertur.
81. Est illud quoque mite malum, blandum atque dolosum.
82. Contra haec invitasse, aut instigasse videntur.
83. Omnes formosi, fortes tibi; ego improbus; esto.
84. Vir mare metitur magnum, et se fluctibu' tradit.
85. Quis totum scis corpus iam perolesse bisulcis.
86. Et Musconis manum perscribere posse tagacem.

---

litterarum ductus proxime accedit: *curati sociis* quod magis placet.

74. Non. p. 277. a. *trepidante* Codd.

75. Non. p. 345. a.

76. Non. p. 109. b. .

77. Non. p. 260. b. *p. oris aures* Codd. *foris aures* mg. I. *populi oreas* ci. Guil. II. 2. *popularibus auris p. r.* ci. IDusa. corrige: vel *populi foro* vel *populi ora atque* Gerl.

78. Non. p. 190. a. *istum in* al. ap. Dus. mg. I. *delicietque uti via atque* Codd. *delicet uti atque* A. Dusa. I. *delice tute utilia atque* ci. Merc. Ego *deliciet* verum puto et idem significare statuo quod *iuvare*, voluptatem creare; sequentia ita lego: *utere vi atque videbis.*

79. Non. p. 238. b. *facias* al. ap. Dusam. *face* A. I. *facies — lubente* mg. I. *illomet u. l.* A. I. *illo metutere libenter* L. *illum metuere libenter* B. *illo me utere libente* Guil. II. 1. Dusa. recte.

80. Non. p. 262. b.

81. Non. p. 234. a. *Est* haud dubie pro *et* legendum.

82. Non. p. 219. *aut inst.* Codd. *haud* corrigendum est.

83. Non. p. 209. b. *ego improbus: esto.* I. *fortes: ergo improbus es tu* Dusa. cfr. Non. p. 223. b. ubi vera lectio.

84. Non. p. 239. a. *est fluctibus tradidit* Codd. *et se* vulg. *se fluct.* mg. I. *tradit* cfr. Guil. Veris. 2.

85. Priscian. IX. 10. p. 467. *unus* ap. Kr. *scit. perolevisse* explicant crevisse; sed ex lectione Kreblii: *Lucilius vero* recte colligas formae *perolesse* esse eandem significationem quam *oluerunt* quod praecessit.

86. Festus Ed. OM. p. 359. Paulus 358. *tagax* furunculus a tangendo cuius vocabuli Lucilius meminit. Non. p. 277. b. *Et mutonis manum* Fest. *Et Musconis manu* Non. *mutonis manu* Bentin. Turn. 17. 21. *posset atacem* W. correx. Bentin. Turn. *man. tagacem* explicat ipsum furem; *perscribere* eodem sensu ut *proscribere* et conscribillare apud Plautum et Catullum. Ursin. coni. *manu perscabere* Dacier. *mutone — perscabere.* Iam quae

87. Nonnunquam dabit ipsa aetas, quod possit habendo.
88. Inde canino ritu os oculosque involem.
89. Multis indu locis sermonibu' concelebrarunt.
90. Insperato abit, quem una angina abstulit hora.
91. Unus consternit novis vetu' restibus aptus.
92. Neu quis te ignaro famulis subducere. — —
93. Quodque adeo fuerint, qui temnere superbum.
94. Praestringatque oculorum aciem splendore micanti.
95. — — Ruis haec, et colligis omnia furtim.
96. — — Quandoque pudor ex pectore cessit.
97. — — Neque barbam immiseris istam.
98. — — Conficit ipse comestque.

partes Mutonis sint, quo sensu Horatius S. I. 2. 68. hoc vocabulum habet, intelligere non possum. quare vide ne rectius sit, nomen *Musconis* retinere idque ad accusat. *manum* referre.

87. Serv. et Philargyr. ad Virg. Georg. III. 159.

88. Non. p. 22. b. *rito* W. L. *ritu* A. 1583. Dusa. *Endo canino rictu* ci. Gif. *ocul' osque* inv. Lips. Melius ordine mutato: *os oculosque.*

89. Non. p. 188. b. *inde loci* ci. Gif. p. 350. Schopp. *endo locis* ci. Lips. ep. q. 1. 18. prob. Gronov. obs. p. 437. *indu locis* Cuiac. obs. XI. 19. al. ap. Dusam Turn. 29, 20. *inde locis* mg. I. *inductus sermonibus* 1483. Dusa. A. I.

90. Non. p. 23. *abit* Codd. *agit* A. *abiit* M.

91. Non. p. 160. a. *imus consternitur nobis lectas vestibus aptas* ci. Palm. p. 162. *novis lectas* prob. Merc.

92. Non. p. 271. b. *neu qui te ignoro* Codd. *neu quis te ignoret* I. *nequit te ignaro* ipse olim conieceram. si *posset* supples, lectionem ita constituam: *neu quis te ignaro famulis subducere posset.*

93. Non. p. 122. b. *quodque — qui tem.* Codd. *quotque — qui te temn.* Scal. *te tempsere* ci. IDusa. prob. Koene *superbi* IDusa quam perfecti formam *temnere* Scal. finxit, eam nullam esse satis constat. quare emendo: *quos tu temneres sup.*

94. Non. p. 23. b. praestringat oculorum aciem [in acie hostibus] splendore micanti. sed verba inclusa haud dubie e Plauti loco ante laudato huc translata sunt. quare recte eiiciuntur. *praestinguatque* ci. Lambin. *praestringuat* A. *praestringant* v. l. Dusae.

95. Non. p. 358. a. *r. hoc* Codd. *haec* Dusa. cfr. p. 187.

96. Non. p. 171. a. pro *pudore ex* quod est in Codd. *pudor ex* emendandum est.

97. Non. p. 225. b.

98. Non. p. 58. b. cfr. p. 184. b. ubi *confecit ipse comestque* scriptum est unde vera scriptura *conficit ipse comestque* bene restituitur.

C. LUCILII RELIQUIAE

EX LIBRIS INCERTIS.

---

1. Virtus, Albine, est, pretium persolvere verum,
Queis in versamur, queis vivimu' rebus, potesse:
Virtus est hominis, scire id, quod quaeque habeat res.
Virtus, scire homini rectum, utile, quid sit honestum;
Quae bona, quae mala item, quid inutile, turpe, inhonestum:
Virtus, quaerendae rei finem scire modumque:
Virtus, divitiis pretium persolvere posse:
Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori;
Hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
Contra defensorem hominum morumque bonorum,
Hos magnifacere, his bene velle, his vivere amicum:
Commoda praeterea patriae sibi prima putare,
Deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.
2. Nunc vero a mane ad noctem, festo atque profesto,
Toto itidem pariterque die, populusque patresque
Iactare indu foro se omnes, decedere nusquam,
Uni se atque eidem studio omnes dedere et arti:

Adnotatio critica ad fragmentu Lucilii ex libris incertis.

1. vs. 1 — 13. Lactant. Instit. Div. Lib. VI. 5. 2. *inversor* novum versum finxit Falster in Supplem. L. L. p. 191. 3. *virtus est hominis* Reim. Emman. et Edd. ab 1465 — 1524. Bun. *homini* Lips. Goth. Pal. Gryph. Torn. Bet. Thomas. 11. *Hos magnificare* Goth. Lips. Reimm. Ultr. Iun. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. Cell. quod repugnat versui; *Hos magnifacere* Angl. Parrh. Torn. Betul. Thomas Isaeus. recentiores cfr. Borrich. in Vindic. p. 131. Duker. de Latin. Vet. Ict. p. 354. s. voce; Riv. ad Ter. Hecyr. II. 18.

2. — vs. 21 — 27. cfr. Lactant. Institut. Div. V. 9. p. 615. Ed. Bun. *die*

Verba dare ut caute possint, pugnare dolose;
Blanditia certare, bonum simulare virum se;
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

3. Graecum te, Albuti, quam Romanum atque Sabinum
Municipem Ponti, Tritanni, Centurionum,
Praeclarorum hominum ac primorum signiferumque
Maluisti dici. Graece ergo Praetor Athenis,
Id quod maluisti, te, cum ad me accedi', saluto:
Χαῖρε, inquam, Tite, lictores, turma omni', cohorsque
Χαῖρε. Tite! hinc hostis mi Albutius, hinc inimicus.

4. Quam lepide lexeis compostae? ut tesserulae omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato?

5. Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tu sis.

Bun. *dies* Dusa. *toto itidem pariterque* var. lect. ap. Dusam. *endo forum* Isacus, Gall. Spark. Cellarius. ut Lib. I. 18. II. ex Ennio *si fas endo plagas caelestum escendere; indufori* Goth. Fasit. Gryph. Tornas. Thom. *inde foro* MsS. quinque Sparkii, Ultr. Canc. Iun. Lips. 1. 3. Reimm. Emman. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Betul. *indu foro* Lips. alter. *endo foro* Rost. *blaudita certare* omnes fere Codd. *blandiri certare* Bun.

3. Cic. de Finn. Bonor. et Malor. I. 3. 8. ,,Res vero bonas, verbis electis graviter ornateque dictas, quis non legat? nisi qui se plane Graecum dici velit, ut a Scaevola est praetore salutatus Albucius. Quem quidem locum cum multa venustate et omni sale idem Lucilius apud quem praectare Scaevola: *Ponti.* Titus Pontius centurio viribus excellens nominatur Cicero Cat. Mai. 33. *Tritanus*, alius sit necesse est, ac gladiator ille eximiis viribus, quem Varronem sequens Plinius commemorat, H. N. VII. 19. et Solinus pater fili non minus eo genere excellentis (adde Vopisc. Firm. c. 4. conl. Duk. ad Liv. IX. 40)." Madvig. *Titii Anni* Dusa. *mi Albucius* ,,proxume MsS. nostros." Grut. etiam margo Crat. e Davisi Codd. El. unus. reliqui: *Muti Mutii.*

4. Cic. de Or. III. 43. 171. ,,Tu quo (scil. in verborum collocatione) lepide soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius." Orator c. 44, 149; Brut. 79, 274. Quinct. IX. 4. 113; ,,tesserulas, ut ait Lucilius, struet et vermiculate inter se lexis committet." in Orat. nulla lectionis varietas. Brut. ,,nullum nisi loco positum, et tanquam in vermiculato emblemate. ut ait Lucilius, structum verbum videres." cfr. Nonius p. 128. Plin. N. H. XXXVI. 61. *omnes* falso eiecerunt Sch. Muell. pro *arte* cum explicari commode non posse videretur, *endo* scripserunt Lambin. Lallemand, Leclerc, Sch. Muell. Henr.

5. De lectionis varietate cfr. Ellendf. ad Cic. de Or. III. 43. 171. 5. in *rhetoricoteros* restituit Ellendf. cfr. idem ad

6. — — Corneliu' Popliu' noster
Scipiadas dictus, tempus quum torqueat ipsum
Oti deliciis, cum lucifuga atque cinaedo,
Et sectatore adeo ipse suo, quo rectiu' dicas,
Ibat forte domum, sequimur multi atque frequentes.
7. Quo facetior videare, et scire plus, quam ceteri,
Pertisum hominem, non pertesum dicere fortunam genus.
8. Quid? Decius, Nuculam, an confixum vis facere? inquit.

I. 45. 198. Neque ex Quinctiliano IX. 4. 38. sequitur, in fine vocabulorum *s* litteram semper a Lucilio fuisse omissam.

6. Festus Ed. OM. p. 294. locus ita scriptus: „Cornelius P. noster Scipiadas dicto tempusque intorquet in ipsum oti et delicis, luci effictae atque cinaedo et sectatore adeo ipsi suo, quo rectius dicas, ibat forte domum sequimur multi atque frequentes." cum secutos videri velit ob eorum iurgia, non ab adsuetum officium, in his priores editores emendarunt: *Scipiadam dico — tempus quom torqueat ipsum — oti del. (et* om.) *— lucifuga sectatore — ipse.* Ipse totum locum ut supra scribendum esse iudico. Sed Scaliger emendavit: *Molli et delitiis et lucifugae atque cinaedo.* Dusa: *Orci delitiis, Luci effigiae* et: *Scurrae adeo ipsiusque suo."* Et *scurrae* quidem nomen vix omitti posse videtur, cum haec apud Festum legantur: „scurrae vocabulum Verrius ineptissime aut ex Graeco tractum ait, aut a sequendo, cui magis adsentitur. quod et tenuioris fortunae homines et ceteri alioqui qui honoris gratia persequerentur quempiam, non antecedere sed sequi sint soliti. quia videlicet dicat Lucilius" etc. quanquam ipsum nomen positum esse necesse non fuit, quod res satis significata fuerit; et si ponendum est, rectius initio sequentis versus hoc suppleverim: *frequentes — Scurrae* pro graeco vocabulo, quod alii correxerunt etc. σκυροπαικτεῖν, equidem emendaverim σκιρτάζειν.

7. Fest. p. 273. Ed. OM. „*Redarguisse* per *e* litteram Scipio Africanus, Pauli filius, dicitur enuntiasse, ut idem etiam *pertisum;* cuius meminit Lucilius. cum ait etc." pro *ferunt nam* Scalig. bene emendavit, *fortunam, genus.* sunt trochaei, et fortasse ex ultimis libris petita.

8. Cic. de Or. II. 62. 253. ceterum quae vis sit huius dicterii, haud facile explicaveris. Nam neque, qui ille Decius fuerit (Or. Onom. Q. Dec. tr. pl. anni 634 aut P. Dec. praet. a. 639. intelligit), neque quam ob rem hoc ex illo quaesiverit Scipio, satis constat. Etsi enim *nuculas* Praenestinos appellatos fuisse concesseris cfr. Fest. s. v. et *Nuculam* cognomen familiae Romanae fuisse, reputaveris, tamen *confixum facere,* quid sit magis etiam incertum est. cfr. Ellendt. ad. h. l. Dixerit aliquis, Nuculam ipsorum Deciorum fuisse cognomen et cibi genus nucibus mixtum significasse; *confixum* autem idem fere esse quod *farctum* sive *fartum* cfr. Plaut. Mil. Glor. *gladius fartum facere gestit ex hostibus"* inde umbra certe ambigui dicti exoriretur.

9. Nam si tu fluctus undasque e gurgite salso
Tollere decreris; ventum prius Emathium tu
Ventum, inquam, tollas t. c. q. i. l. (cui quolibet ire licebit.)
10. Armamenta tamen, malum, vela omnia servo;
Funis enim praecisu' cito, atque anquina soluta est.
11. Hunc catapiraten puer eodem deferat unctum,
Plumbi pauxillum rodus linique metaxam.

---

9. Rufinian. de Figur. sententiar. et Elocut. lib. p. 34. Ed. Caperonn. ibi locus scriptus ex Lucretio laudatur, apud quem non invenitur. Iam cum in Edit. Frob. pro *Lucretius* scriptum sit *Lucius* recte hinc Dusa collegisse videtur, Lucilii versus laudari. *fluxus* Caperon. *fluctus* Dusa. *Haem.* Cap.; in fine versus ap. Cap. *etc.* ap. Dus. *t. c. q. i. l.* unde, littera *t* omissa, ad versum explendum haec verba aliquis fingat: *cui quolibet ire licebit.*

10. Non. p. 367. a. cfr. Isidor. Origg. XIX. 4. 7. Ed. Lind. ubi haec leguntur: *Anquina funis, quo ad malum antenna constringitur.* Iam cum apud Nonium s. v. *Anchorae* l. l. eadem fere scripta sint: *vincla, quibus antemnae tenentur;* et cum ancorae notio huic explicationi nullo modo convenire videretur, *angina* ci. Turn. *anquina* ID. *anguira* vel *ancuira* Gesner; *ancora* Weichert. ἄγκυρα Schmidt. pro *vel omnia* quod Codd. tuentur, *vela omnia* mg. I. M. Iam hoc quidem manifestum est, aut librarium, aut Nonium errasse; nemo enim dixerit, *ancora* antemnas teneri. sed vocabuli *anquinae* auctoritas non minus dubia; *anginam* enim, quod voc. morbum significat, et *anguinam*, quod adiectivum aeque ac *anguineus* ab *anguis* derivatur, ferri vix potest. Et propriam quandam vim esse *anquinae*, et ex versu Cinnae poetae, quem Isidorus laudat recte colligitur: *Atque anquina regit stabilem fortissima cursum.* ubi metrum *ancoram* respuit; et imprimis ex ipsius Isidori testimonio, qui anguinam funibus adnumeravit. nisi forte quis est, qui Weicherto adstipulatus, *anchoram* ad modum Graecorum mediam syllabam productam habere statuit. quodsi igitur explicatio Nonii integra servata est, neque ille gravissimum errorem comisisse putandus est, *anchora* pro mendo scripturae habendum, et utroque loco *anquina* corrigendum est. Quanquam huius vocabuli auctoritas tam dubia Freundio visa est, ut ne verbum quidem de eo faceret. Et facile patior fieri, alios aliis coniecturis huic loco mederi, et ipsius *anginae* vel *anguinae* patrocinium suscipere. Tropo enim non plane inusitato utramque vocem pro vinculis dici posse non negaverim.

11. Isid. XIX. 4. 7. „*Cataprorates* (lectt. varr. *cataporates*, *cataparates*, *catapioratem catapiorates cataforates* vide ap. Lind.) linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur." cfr. Hesych. καταπειρητῆρι τόπους βαθεῖς πειράζοντι καὶ ἡ λεγομένη βόλις. ex quo loco intelligitur scripturam *catapiratem* sive *n* plurimum auctoritatis habere, neque πρωράτης i. e gubernatoris ministerium, huc trahi posse. pro *hunc* vel *hanc*, quod Codd. tuentur, Scal. ad Fest. emendavit *huc*, servavit Lind. ex varr.

12. Queis hunc currere equum nos atque equitare videmus,
His equitat curritque: oculis equitare videmus:
Ergo oculis equitat — —
13. Pistricem validam, si nummi suppeditabunt,
Addas empleuron, mamphulas quae sciat omnes.

---

lectionibus *pro vero dedit foret* — *puer eodem de foro* — *puero dedit foret* — *puer eodem deferat* Lind. *eodem deferet* ci. Dusa Varges. *uncum, unctum* vel *hunc tum* Codd. tuentur, inde Varges *unctum,* Lind. et Dusa *uncum* retinuere. *rodus* pro aere imperfecto dictum esse testis est Lucilius cfr. Fest. Ed. OM. p. 265. qui et ipse alterum versum habet. Turn. Adv. 13, 25. legit:

,, Hunc catapiratem puer eodem deferet unctum
,, Plumbi pauxillum rodus linique mataxam."

Scaliger:

,, Huc cataproratem eodem deferat uncum.
,, Pl. . . . . metaxam."

Salmas. Exercitt. Plin. p. 1013:

,, An catapirateris eodem deferet uncum
,, Pl. . . . ."

Emericus Cruceius lectionem *unctum* eo defendit, quod plumbi extremitatem sebo vel adipe illitam esse statuit, cui arena in fundo maris adhaerescat; quod verum puto; plumbum enim illud uncum fingere a nautarum consilio alienum est. quare versum ita legendum esse statuo.

,, Hunc catapiratem puer eodem deferat unctum
,, Plumbi pauxillum rodus linique metaxam."

Ceterum haec duo fragmenta iure suo Varges tertio libro adscripsisse videtur.

12. Gellius N. A. XVIII. 5. 8. ,,pleraque enim veterum aetas et hominem equo insidentem et equum, qui insideretur, equitem dixerunt. Propterea equitare etiam, quod verbum e vocabulo equitis inclinatum est, et homo equo utens et equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo, vir adprime Linguae Latinae sciens, equum equitare dixit his versibus etc." *quem* Editt. ante Iunt. *quis* Ald. similia habet Macrob. Saturn. VI. 9. p. 619; qui habet: *nempe hunc curr.* Non. p. 74. *Equitare* quoque Lucilius ecum dicit, cum sit hominis ecum insidentis: ,, *quis hunc currere ecum non aquae equitare videbunt, His equitat curritque oculis. non aeque* ante I. *nos atque e. videmus* IM. *nos* ex Gellio emendatum. Ceterum dixisse haec in Sophistas Lucilium admonuit Scaliger, quasi diceret: Tu vides currere equum tuis oculis, ergo tuis oculis currit.

13. Fest. ,, Mamphula dicitur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano, antequam percoquatur, decidit in carbones cineremque, cuius meminit Lucilius etc." Varro L. L. IV. §. 138. ,, *pilum* quod eo far pisunt: a quo ubi id fit, dicitur pistrinum (L et S) saepe inter se locum commutant. Inde post in urbe Lucilii *pistrina* et *pistrix.*" quod ita intelligendum esse ostendit Scaliger, ut vocabulo *pistrina* et *pistrix* a Lucilio scripta esse statuendum sit.

14. Et velut in fabrica fervens cum marculu' ferrum
Multorum magnis [tuditantium] ictibu' tundit.
15. Quidni! et scruta quidem ut vendat scrutariu' laudat,
Praefractam strigilim, soleam improbus dimidiatam.
16. Aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est:
Quantum habeas tanti ipse sies, tantique habearis.
17. Ante fores autem, et triclini limina quidam
Perditu' Tiresia tussi grandaevu' gemebat.
18. Querquera consequitur [febris], capitisque dolores,
Infesti mihi, tanquam Rondes Icadionque.
19. Tum laterali' dolor certissimu' nuntiu' mortis.
20. Nos esse arquatos? surgamus, eamus, agamus.
21. Inguen ne existat; papulae, tama, ne boa noxit.

---

14. Isidor. Orig. XIX. VII. 2. *in fabricam* Codd. *in fabrica* Dusa. recte. *tuditantium* Scal. ci. ante ictibus esse interponendum, quae vox et apud Ennium et ap. Lucretium occurrit et admodum probabilis est.

15. Gell. III. 14. 10. *et scorta* pro *scruta* in Guelf. mendum scripturae. *ut vendant* Iunt. Ald. *perfract.* Edd. ante Iunt. *strigilim* Dusa cfr. Charis. p. 101. Schneid. Gr. Lat. II. 1. p. 209. accedit Nonii auctoritas p. 151. b. quare scripturam *strigilim* veram puto.

16. Com. vet. in Iuv. Sat. III. 143. Ed. Heinr. cfr. Schol. ad Sat. I. 105.

17. Don. ad Ter. Eunuch. II. 3. 44.

18. cfr. Pauli excerpta ex Festo p. 256. Ed. OM. „querqueram, frigidam cum tremore a Graeco κάρκαρα certum est dici, unde et carcer." *febris* a nescio quo interposita est, fortasse a Scaligero. sed boni Codd. omittunt. habet Dusa et Lind. ap. Festum. cfr. Pauli Exc. p. 106. Icadion nomen saevissimi piratae. et p. 270. „Rhondesicadionque cum dixit Lucilius, quo nomina riparum posuit, tam infestum sibi corpus et valetudinem referens, quam levis sed saluti navigantium." Emendata lectio: *Rhonches Icadionque cognomina piratarum — illi essent saluti* etc. cfr. Cic. de fato. 3. ubi idem *Icadius* audit. Caeterum ex Festo intelligitur, probabiliatem esse secutos, qui haec duo fragmenta coniungerent.

19. Mar. Victorin. in Rhet. Cic. p. 2965. Ed. Putsch. sed neque ap. Orellium neque ap. Caperonnerium locum inveni.

20. Non. p. 23. b. „Arquatus morbus dictus, qui regius dicitur, quod arcus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat." *Quod nos* W. MsS. M. A. L. nomen Lucilii Bentin. coniectura restituit e p. 549. 21. sed res non satis certa. *quod* del. D. recte.

21. Fest. p. 360. Ed. OM. „Tama dicitur, cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucilius." cfr. Paul. p. 30. Ed. OM. „bova serpens est aquatilis, quem Graeci ὕδρον vocant, a qua icti obturgescunt. Crurum quoque tumor viae labore collectus bova appellatur."

22. Haec odiosa mihi vitiligo est; num dolet, inquit.

23. In
Mundo nondum etiam omnia habebit qui sapiens, si
Formosus, dives, liber, rex solu' vocetur.

24. Si me nescire hoc nescis, quod quaerere dico,
Quare divinas quidquam, aut quare debes ipse
Etsi scis q. b. e. scire hoc d. te.

25. * * Ut me scire volo, dicimus mimi conscius sum
Ne damnum. Scire hoc se nescit nisi alios id scire scierit.

26. Cum ad se cubitum venerit,
Sponte ipsam suapte adductam, ut tunicam et cetera reiceret.

---

22. Paul. p. 369. ,,vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Graeci ἀλφόν vocant, a quo nos album; sive a vitio dicta, etiamsi non laedit; sive a vitello (ita ci. OM. pro *vitulo*) propter eius membranae candorem, qua nascitur involutus. Lucilius." *non d.* D.

23. cfr. Porphyr. ad Hor. Satir. I. 3. 144. *Si dives qui sapiens est.* ,,Porro autem stoici existimant perfectae sapientiae virum omnia habere, in quo et Lucilius versatus sic ait: *nondum etiam haec omnia habebit formosus dives liber rex solus vocetur.* Ed. Basil. 1555. Henr. Petri. quae, fuit, qui ita emendaret: ,,in mundo sapiens haec omnia habebit, Nondum etiam omnia habebit, qui sapiens, si formosus, dives, liber, rex solus vocetur." ut supra, de mea coni.

24. Iul. Rufin. de fig. sent. et elocut. lib. p. 35. Ed. Caperron. Enthymema fit, cum periodus orationis ex contrariis sententiis astringitur; apud Luc. etc. *aut quaerere debes ipse* Codd. *aut quare* D. corrige: *querere et ipse.* et lect. Codd. *et si scis q. b. e. scire hoc d. t.* ita interpretor: *Etsi scis quodcunque bene est, scire hoc deceat te.*

25. Glossae vett. ad Pers. Sat. I. 1. 27. Ed. Iahn. *Usque adeone scire tuum nihil.* Hoc dicit: in tantum scientia tua nihil est et ad nihilum reducta, ut aliquid te scire nescias, nisi alterius iudicium de tua scientia consulas? Haec periodus apud Lucilium posita est:
Ut me scire volo dicimus mimi conscius sum
Ne damnum. Scire hoc se nescit nisi alios
id scire scierit.
Dicimus om. Vin. P. Par. addit. Ed. pr. et F. Morell. — *Conscius sum ut faciat scire hoc si nesciat me* omissis cett. Ed. pr. Lucilii. Dusa ita coniecit: *Ut me scire volo, mihi sum puto conscius ipse, Ne damnum faciam scire hoc se nesciat, id ni, scire alios scierit.* Marcilius ci. *Id me | Nolo scire mihi cuius sim consciu' solus | Ne damnum faciam scire est nescire, nisi id me | scire alius scierit."* C. Barth. l. l. emend. *Ut me scire volo mimei ceu conscius sum me indemnum faciam. Scire hoc se nescierit, nisi id scire alios scierit.* Lindebrog. legit: *Ut nesciri volo mimi conscius sum mi damnum fac.* locus nisi meliora ad sunt adiumenta, sanari vix potest.

26. Varro de L. L. VI. (V.) §. 69.

27. — — perminxi lectum
Imposuique pudendam pellibus labem — —
28. — — nam in quibu' mendae
Omnibus in rebus fiunt, fierique potis sunt.
29. — — velut olim
Auceps ille facit, cum improvise insidiisque.
30. Luna alit ostrea, et implet echinos, muribu' fibras
Et pecui addit — —
31. Uno oculo pedibusque duobus dimidiatus
Ut porcus — —
32. Vis est vita, vides; quae nos facere omnia cogit.
33. Nequam et magnus homo, laniorum immani' canes ut.
34. Nunc ad te redeo, ut, quae res me impendet, agatur.
35. Haec te imbubinat, et contra te imbulbitat ille.

Ed. OM. Itaque Lucilius scribit de Cretea: *sua voluntate*, quod ante *sponte* Codd. habent, tanquam glossema om. Scal. Sciopp. OM. cfr. Spengel. Praef. p. XLI. etiam verba: *cum ad se cubitum venerit* non ipsius Lucilii esse iudicavit D. metrum quod attinet Trochaei Tetrametri esse videntur.

27. Porphyr. ad Hor. Sat. I. VI. 22. „*in propria non pelle quiessem.*" Ex proverbio sumptum est in eos, qui mediocritatis suae obliti maiora se ipsis appetunt, quos non contineri intra pelliculam dicimus. Et hoc inde sumptum est, quod ductores in pellibus dormitent, cui rei Lucilius testis est, cum dicit: *per mihi lectum imposuique pedem pellibus habes* quod Scaligerus egregie emendavit, ut supra scriptum est.

28. Non. p. 145. a. *nam ut quibus* ci. I. Dusa.

29. Serv. ad Virg. Aen. XII. 5. Dusa. *olli* al. *ollis* scil. avibus. *in retia aves v. olim* ci. Fr. D. *illice agit* idem. perperam utrumque.

30. Gell. N. A. XX. 8. 4. de varietate lect. non digna, quae notetur, cfr. Editt. G.

31. Gell. N. A. III. 14.

32. Varro de L. L. V. §. 68. Ed. OM. „poetae de caelo quod semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam e spumis Venerem, coniunctio ignis et humoris quam habet vim significat (ut Sp.) esse Veneris. a qua vi natis dicta vita, et illud a Lucilio etc.

33. Varro de L. L. VII. 52. OM.

34. Fest. p. 161. OM. „Me pro mi dicebant antiqui ut Ennius et Lucilius."

35. Paul. p. 32. Ed. OM. „bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinare — imbulbitare est puerili stercore inquinare, dictum ex fimo, quod Graeci appellant βολβιτόν cfr. OM. ad h. l. et Doederlein Syn. et Etym. T. VI. p. 41. recte OM. haec ad foedum amorem retulisse videtur. ad versum explendum D.

36. Quem praeclarus helops, quem Aegypto sargu' movebit.
37. Et pedibus laeva Sicyonia demit honesta.
38. Suasa quoque omnino dirimit non sollo dupundi.
39. Nequam aurum est, auris quod vis vehementius ambit.
40. Sicuti mechanici cum alto exsiluere petauro.
41. Ut petimen naso aut lumbos cervicibu' tangat.
42. Tum spara, tum rumices portantur, tragula porro.
43. Varronum ac rupicum squarrosa, incondita rostra.
44. Ut veles bonu', sub vitem qui subicit hastas.
45. Si vero das, quod rogat, et si suggeri' suppum.

---

addit: *ille;* nisi quis malit *infans,* tale enim aliquid desiderari videtur.

36. Fest. Ed. OM. 322. b. „sargus piscis genus, qui in Aegyptio mari fere nascitur."

37. Paul. ap. Fest. Ed. OM. p. 337. „Sicyonia, genus calceamenti. Luc." cfr. Cic. de Or. I. 54. 231. ad Herenn. IV. 3. 4. Hesych. v. *Σικυώνια.*

38. Fest. p. 298. Ed. OM. „Sollo Osce dicitur id quod nos totum vocamus. Lucilius: *suasa quoque omnino dirimit non sollo dupundi.* pro *suasa* ci. *vasa* pro *dirimit* ci. *redimit.*" Scal.

39. Fest. p. 165. Ed. OM. „hoc versu Lucilii significari ait Sinnius Capito, nequam esse aurum, quod auris laedat; vel pondere inaurium, cum mollissima pars auris inciditur vel ex auro intelligi pecuniam, cuius respectu et nimia cupiditate hominis ad peccandum adduci." Scaliger ci. *Nequam est aurum auris quoius vehementius ambit.* al. ci. *quod vis* — *quod vi* Dusa. *quoivis* OM. in unum coniungendum, ut sit pro quodcunque sicut *quisque* ab antiquioribus et inferioris aetatis scriptoribus ponitur pro quicunque. cfr. Supplem. Ann. ad p. 165.

40. Fest. p. 206. Petauristas Lucilius a petauro appellari existimare videtur quom ait, „sicuti mechanici cum ullo exiluere petauro." At Aelius Stilo quod in aere volent, cum ait: „Petaurista proprie Graeci ideo quod his (is) *πρὸς ἄερα πέταται.*" cfr. Manil. Astron. V. 434.

41. Fest. p. 209. Ed. OM. „Petimina in humeris (Cod. *his*) iumentorum ulceris et vulgo appellant, et Lucilius meminit, quum ait etc."

42. Fest. p. 270. „rumex genus teli simile spari Gallici, cuius meminit Lucilius etc. Paul. p. 231. spara parvissimi generis iacula a spargendo dicta Luc." in Cod. *murices* scriptum, sed *rumices* emendandum esse, locus supra laudatus docet. cfr. Serv. in Aen. XI. 682. Non. p. 224. b. tum spara tum rumices cfr. Non. 382. b. Isidor. Orig. XII. 6.

43. Paul. p. 328. Ed. OM. „squarrosi ab eadem squammarum similitudine dicti, quorum cutis exsurgit ob assiduam illuviem Lucil." Fest. p. 329.

44. Paul. Ed. OM. p. 308. „sub vitem hastas iacere dicitur veles, quum eas sub manu sursum mittit." Luc. cfr. Fest. p. 310. Varr. lect. *subsicit* Scal. *sumicit, subicit.*

45. Fest. p. 290. Ed. OM. „Suppum antiqui dicebant, quem nunc supinum dici-

46. Tappulam rident legem concerae Opimi.
47. Nemo hic vindicias, numen, neque sacra veretur.
48. Pascali pecore ac montano, hirto atque soloce.
49. Uti esurienti leoni ex ore exsculpere praedam.
50. Intereunt, labuntur, euntur omnia vorsum.
51. Velle tolutim hic semper incoepturu' videtur.
52. Haerebat mucro, gladium in pectore totum.
53. Saxa et stridor ubi acquierunt, tum sibilus instat.
54. Durum, molle voras; fragmenta interfici' panis.
55. Concilio antiquo sapiens vir solu' fuisti.
56. Qui campos collesque gradu perlabitur uno.
57. Non tango, quod avarus homo est, quodque improbu' mitto.

---

mus ex Graeco, videlicet pro adspiratione ponentes etc. eius vocabuli meminit etiam Lucilius etc. *suggeri* Codd. *suppum* pro *suppus* ci. Scalig.

46. Fest. Ed. OM. p. 363. „Tappulam (*Tappullam* emend. lect.) legem convivalem ficto nomine conscripsit Iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius hoc modo": *concere opimi* Codd. *congerrae optimi* emend. lect. sed Codicum scriptura ferri potest, quia *c* pro *g* positum et antiqui litteras non geminabant.

47. Fest. Ed. OM. p. 376. „Vindiciae appellantur res eae, de quibus controversia, quod potius dicitur ius (emend. lect. *vis quam*), quia fit inter eos qui contendunt." *neque sacra neque numen* Codd. *vind. num. neque sacra* Scal. cfr. Turneb. Add. XV. 15. qui *n. s. aut numina retur* ci. *neque numina sacra veretur* ci. OM. *neque sacramenta veretur* Huschke. *n. h nec num. nec v. neque s. v.* D.

48. Fest. OM. p. 301. „solox lana crassa et pecus quod passim pascitur non tectum, Lucil." *Pastali pec.* Cod. *pascali* emend. lectio.

49. Non. p. 71. a. fortasse: *esuriente leone* ci.

50. Non. p. 305. a. *intereunti — vorsum* Codd. *eunt rursum* Dusa. *aguntur-que omnia* ci. I.

51. Non. p. 3. a. *belle* ci. Merc. *vele'* Guliel. II. 7. *incessurus* idem. *ille tolutim, hic* ci. Gerl. fortasse haec iungenda cum fragmento 56.

52. Non. p. 141. a. *gladium* Cod. *gladiumque* ci. IDusa.

53. Non. p. 152. b. *saxa et stridor ubi atque errunt, dum sibilus institit* haec Codd. lectio. *ubi aqua erunt* mg. I. *ubi acquierunt* ci. Lips. M. prob. Dusa. *tum sibilus instat* vel *infit* ci. Lips.

54. Non. p. 305. a.

55. Serv. ad Aen. IV. 458.

56. Luc. Apulei. Hor. p. 149. Ed. Bip. „advectorem sibimet equum diligunt diutinae fortitudinis, vivacis pernicitatis, idem et ferre validum et ire rapidum, qui campos etc. ut ait Lucilius."

57. Iul. Rufinian. de schem. dian.

58. Vicimus, o socii, et magnam pugnavimu' pugnam.
59. Rhodos Carpathium in pelagus se inclinat apertum.
60. Carpathium mare transvectus coenabis Rhodi.
61. Iudicis Hortensi est ad eam rem nata palaestra.
62. Ut praetori' cohors, ut nostris dixit haruspex.
63. Principio exitu' dignus est exodiumque sequetur.
64. Magna penus per vos spatio consumta peribit.
65. Si tibi porro isthaec res idcirco est cordi, quod rere utilem.
66. Sane tum ego a Metello Romam repedabam munere.
67. Caput collo sustentatur, truncus sustinetur a coxendicibus.
68. Quaenam vox ex te resonans meo gradu remoram facit?
69. Neque prodire in altum, proeliari procul sub vite.
70. Quod mihi commodum est, aut uda vestimenta deposueram.
71. Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periise.
72. Homini amico ac familiari non est mentiri meum.
73. Quin amplexetur, qui velit ego non sinam me amplectier.
74. Proh! obtuso ore pugil, piscinensisque resesque. — —

---

p. 52. Ed. Caperonn. in Ed. Fr. hoc fragmentum ita scriptum est: *Non tango quod avarus modo est, neque improbus omitto.* sed recte Dusa: *n. t. quod av. homo est, quodque improbu' mitto.*

58. Don. ad Terent. Eunuch. V. 2. 60.

59. Porphyr. ad Hor. Od. I. 7.

60. Phylargyr. ad Virg. Georg. IV. 387.

61. Porphyr. ad Hor. Od. 1. 27. „*natis* pro *factis*; iudicis Hortensi ad eam rem palaestra." supplendum *nata*.

62. Porphyr. ad Hor. Serm. I. 7. 23. „*laudat Brutum laudatque cohortem*. Cohortem comiter dicit Bruti, qui in consilio eius erant, sic et Lucilius ait etc."

63. Schol. ad Iuv. Satir. III. 175. dignu' est ci. Gerl.

64. Non. p. 149. b. *magna penus per vos parvo spatio* Edd.

65. Non. p. 62. *quod re ut* Codd. *rere* IM. D.

66. Non. p. 112. b. idem*que sanctum* Codd. idem: *post quod factum* ci. I. Idemque: *sanc tum* ci. Fr. D. *Romam* om. ci. Gulielm. *rep. numero* ci. Gul. prob. D.

67. Non. p. 66. a.

68. Fest. p. 277. s. v. *Remeligines* cfr. Paul. p. 276.

69. Paul. p. 311. cfr. p. 308. et Fest. p. 310.

70. Donat. ad Terent. Phorm. IV. 3. 9.

71. Serv. ad Virg. Aen. X. 564.

72. Lactant. Instit. Div. VI. c. XVIII. „Itaque viator ille verus et iustus non dicet illud Lucilianum — sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri suum."

73. Priscian. Ed. Krehl. Vol. I. p. 368.

74. Fest. p. 213. OM. *Pro obtuso ore pugil, pisciniensis reses* Codd. Turn.: *Obtuso ore pugil, piscinensisque resesque*

75. Τήρει Leonidan Persarum et Thermopulas.
76. Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
77. Pulchre invitati sumus, acceptique benigne.
78. — — et ventrem et gutturem eundem.
79. Asparagi molles, sed viride cyma.
80. Nautam algu atque rigore manus.
81. Verna ac cercopithecon. — —
82. — — hippocampelephantocamelos.

Scal. ci.: *Obtuse ore pugil piscinensis reses.* lege: *Proh! obtuso ore pugil, piscinensisque resesque. piscinensem* eundem intelligunt, qui piscinarius dicitur, qui sumptuosis piscinis delectatur. cfr. Cic. Ep. ad Att. I. 19. Alii ex Festi verbis: ,,piscinae publicae hodieque nomen manet, ipsa non exstat. ad quem et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus" coniecerunt homines significari, qui corporis exercendi causa et campum et piscinas frequentant; id quod mihi quidem videtur esse probabilius.

75. Charis. Lib. I. p. 39. Ed. Lind. ,,In vocativo tamen i litteram subtrahimus nam si *o Aemilii* et *Iulii* (*Aemilie Iulie* Putsch.) dixeris, Graece declinaveris ut Lucilius. In Cod. est: Tierei leontado et Pamani et thermo putas. et *Pamani* etiam pamam, pumum, pamum intelligi potest. pro *pulas* vulgo *Parnime* erat. quare emendo ut supra.

76. Acron. ad Hor. Serm. I. 4. 87. Schol. qua ratione, quocunque modo vis, ut poeta: qua etc. Dusa adscripsit: hunc elegantissimum versum vetustissimi manuscripti auctoritas manifesto Lucilio tribuit.

77. Non. p. 219. *sumus* adiecit Dusa: ,,ita versum supplemus, nisi quis malit: *nimis*."

78. Non. p. 140.

79. Non. p. 132. *sed* pro *et* Fr. D. A. I. *molle sed* W. M.

80. Non. p. 51. *nan tam algu atque nigrore maius* Codd. *nam tam* Editt. *nautam* mg. I. *nigrore manus* ci. I. *frigore marces* ci. Dusa. Iam nigror nullo modo ferri potest; nam *nigror mortis* vel *noctis* quid ad algorem? *rigore* igitur reponendum, sed *marces* non item. neque *nam tam* aliquis probaverit; sequi enim debuit *quam frigore.* recte igitur *nautam* emend. I. et totus locus ita legendus: *nautam algu atque rigore manus* scil. adustum, adstrictum, ut etiam metri ratio habeatur. etsi in negligentia Grammaticorum hoc ubique restitui non potest.

81. Non. p. 30. b. *verna ac cercupithecon* Codd. sed syllabae ita disiunctae: *accer, cupit hecon.* quare *sacer cupit haec* ci. ID. *acer* A. *vernam ac cercopithecum* ci. M. Non. de *verna* haec habet: ,,habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto."

82. Non. p. 83. *hippocampi elefantocamillos* Codd. *elefantocamelos* ci. Bentin. *camphippelephanto camelos* ci. Dusa. *Hippocampelefanto camelos* Scal. sed cum Non. l. l. postquam bis voc. *hippo campos* laudavit, addat: ,,*Lucilius transverso ordine posuit etc.*" fortasse rectius: *Camphipp.* etsi hoc etiam ad duorum vocc.

83. Si argenti indiges.
84. Atque omnes mandonum gulae.
85. Andronius Flacci teget utria. — —
86. Impermixtum limforem.
87. — — palmisque misellam
Depuvit me. — —
88. — — non omnibu' dormio. — —
89. — — Agipes vocem mittere coepit.
90. Iactans me ut febris querquera.
91. — — Mantisa obsonia vincit.
92. Equum pedibus stlembum.

---

iuncturam potest referri : *elefantocamelhippocampos*. quam iuncturam aliquis usitatiorem fuisse dixerit.

83. Non. p. 538.

84. Non. p. 10.

85. *Andronius Flacchi teget utria.* Non. p. 158. ,, Utres usu generis masculini tantum modo deputantur. Neutri Lucilius." *Neutri Livius Andronicus: Flacci* ci. I. Düntzer. *Andronii Flacci* ci. IDusa. *Androgynus Flacii* ci. Scriver. *tege* 1526. I. *leget utra* ci. Scriver. Düntzer. *flaccescent utria* ci. Bothe. sed neque nomen *Andronius* habet in quo offendas, neque reliqua sensu carent; postremo cur Livii Andronici potius quam Lucilii haec verba esse putentur, ne probabilis quidem suspicio est : referat aliquis ad morem, cuius meminit Virg. Georg. II. 384. *mollibus in pratis unctos saliere per utres.* quod si statuis *leget* probabilior lectio est.

86. Non. p. 144. ,, limfa aqua gen. foem. masc. Luc." *limporem* ci. IDusa.

87. Paulus Ed. OM. p. 70. ,, depuvere, caedere Luc. etc. quod ipsum ex Graeco ἀπὸ τοῦ παίειν." *Depuvit* Lind.

88. Fest. p. 173. Ed. OM. ,,Non omnibus dormio : proverbium videtur natum a Cipio quodam, qui Pararhenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor eius moecharetur cfr. Cic. Ep. ad Fam. VII. 24 ; *Citius, Capius* Codd. Cic.

89. Fest. p. 210. Ed. OM. ,, Pedarium senatorem significat Lucilius quom ait : etc. qui ita appellatur, quia tacitus transeundo ad eum, cuius sentiam probat, quid sentiat, indicat." *acipes* emend. lectio. *agipes cum vocem* vel certe *tum* Dusa. Ceterum cfr. Paul. p. 9. *acupedius.* ,,Hinc agipes in *acupes* vel *aquipes*, vel quod omnium facillimum est, *acipes* refingendum est." OM. quod iudicium vix cuiquam probari existimo de re ipsa cfr. A. G. N. A. III. 18.

90. Paulus p. 257. Ed. OM. *querquera* quod Codd. omittunt, supplendum esse non minus quam in altero fragmenta *febris* nemo non intelligit cfr. supra fr. 18.

91. Paul. p. 132. Ed. OM. ,,mantissa additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adiicitur sed deterius est; quod sine ullo usu est." *obsonium* Gu. Lind. quo numeri pessundantur.

92. Paulus p. 312. Ed. OM. *,,stlembus*

93. Vinum Crucium.
94. Qui schedium fa [cit inconditum et inelaboratum].
95. Terra abit in nimbos imbremque. — —
96. — — Cecilius Pretor ne rusticu' fiat.
97. Ergo Pretorum est ante et prae ire.
98. — — quadranti' ratiti.
99. — — quantum hinnitum atque equitatum.
100. Persium non curo legere: Laelium Decumum volo.

---

gravis tardus sicut Lucilius pedibus stlembum dixit equum pigrum et tardum."

93. Paul. p. 33. „*Crucium* quod cruciat unde Lucilius vinum insuave Crucium dixit."

94. Paul. p. 335. Ed. OM. „schedia genus navigii inconditum, id est trabibus tantum inter se nexis factum, unde mala poemata schedia appellantur." apud Festum p. 334. tantum exstant: *qui schedium fa* — reliqua supplevit Ursinus et P. Pithoeus. utitur vocabulo Ulpian. Dig. XIV. 1. 1. cfr. Apuleius de Deo. Socr. p. 13. „Nec enim metuo, ne in frivolis spliceam, qui in gravioribus placui. sed ut me omnifariam noveritis et in isto, ut ait Lucilius, schedio et incondito experiemini, an idem sim repentinus qui et praeparatus."

95. Varro de L. L. Lib. V. ap. OM. p. 10. §. 24. *abit* abc. OM. *abiit* Spengel. cett. *imbresque* Sp. D.

96. Varro L. L. VII. p. 157. §. 96. Ed. OM. *Caecilius (Praetor) ne rusticus fiat* Sp. p. 373. *Cecilius Pretor ne rusticus fiat* OM. „pretor addidi Scaligero prae eunte, ex Diomede p. 447. P. ex quo simul apparet *e* ponendum esse pro *ae* diphtongo, scilicet L. rusticum hominem ludebat, qui si praetor factus esset, ne se Cecilium pretorem diceret, verendum erat." cfr. Schmidt. p. 8.

97. Varro de L. L. V. p. 32. §. 80. OM. *ante et praeire* Codd. *ante praeire* vg. Speng. et Fr. Dusa. *praeire* ci. Turn. *antidire* ci. OM. sed Codd. lectio bene se habet quod ex ipsius Varronis verbis manifestum est. „Praetor dictus, qui praeiret iure et exercitu, a quo id Lucilius." cfr. Schmidt. p. 11.

98. Varro L. L. V. p. 17. §. 44. Ed. OM. „Huic vecturae, qui ratibus transibant, quadrans. ab eo Lucilius scripsit: *quadrantis ratiti*." cfr. Paulus p. 275. et Festi fragm. „ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo et triente ratis fuerit effigies ut navis in asse." OM. verba: *qui* - *aut* perperam in finem transposuit, *qui* in *quia* mutavit.

99. Varro L. L. VII. p. 160. §. 103. Ed. OM.

100. Cic. de Or. II. 6. 25. Cic. de Finn. I. 3. cfr. Ellendt. ad locum priorem. „miramur tamen, versum illum Trochaicum septenarium videri, cum non videatur nisi heroico usus Lucilius nisi in dedicatione aut introductione operis illa praemisit — habemus igitur Lucilii si non verba, at sententiam tantum non integrum." quae admiratio hominis doctissimi non nemini mira videatur. de re cfr. Plin. N. H. Lib. I. Ep. ad Vespasianum.

101. A. Gell. N. A. I. 3. 19. „sum-

101. Priusquam Theognis nasceretur.
102. Lactantia Coa clam cum melle bibi.
103. Huic Terentiae Orbiliae.
104. Maenius columnam cum peteret.
105. — — Valeri sententia dia.
106. — — murexque marinus.
107. — — echinus
Cinnabari infectus. — —
108. — — gustavi crustula solus.
109. — — Brutate bilingui.

---

tum hoc a Theognide quodam, ut Suidas iudicat ineptarum et frivolarum rerum tragico scriptore: quo modo hic sensus erit: a nullo ignoratum fuisse, etiam antequam auctor ille ineptus scripserit. ita cum Erasmo, Gronovius; Alii ad Theognidem Elegiacum poetam referunt." cfr. Suidas et Plutarch. *περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγέμοσι δεῖ τὸν Φιλόσοφον διαλέγεσθαι* c. 2. *ἕωλον ἐστι καὶ ὑποπιπτέτω τῷ, τουτὶ μὲν ᾔδειν, πρὶν Θέογνιν γεγονέναι.* cfr. Plut. Opp. Moral. T. II. p. 949. Ed. Paris.

102. Caper. de Orth. Edit. Iac. Zachon. 1498. diei XVII. mensis decembris p. 11. ,,lactansque melle abundat, ut: *lactantis ficus.* Luctilius (i. e Lucilius) lactentia etc." haec Persius dixit lubrica Coa Sat. V. 135. Hor. *non sine albo Coo* Serm. II. 4. 49; Plin. H. N. XIV. 10. in album mustum. *lactantia* utique rectius quam lactentia, etsi in horum vocabulorum discrimine admodum fluctuant hominum doctorum iudicia.

103. Mart. Capella Lib. III. §. 266. Ed. Kopp. Lucilius in dativo casu A. et *E* coniungit dicens etc. cfr. Quinctil. I. 7. 18. et 19. p. 183. Spald.

104. Porphyr. ad Hor. Serm. I. 3. 23. ,,Hic fertur domo sua, quam ad forum spectantem habebat, divendita, unam columnam sibi ibi excepisse, unde gladiatores spectaret; quae ex eo columna Maenii appellabatur. Cuius et Lucilius sic meminit etc.

105. Porphyr. ad Hor. Sat. I. 6. 12. ,,periphrasin autem necessario facit, sicut Lucilius cum dicit: *Valeri* etc. quia scilicet nomen quatuor brevium syllabarum esset."

106. Acron. ad Hor. S. II. 4. 32. murex autem genus est piscis, ut Lucilius etc.

107. Porphyr. ad Hor. S. I. 6. 117. ,,adstat echinus vilis — Lucilius sic dixit, quasi scortea ampulla sit, ut cum ait: *chinobum* Editt. *cinnabari* emend. Scal. cfr. Plin. H. N. XXIII. 7.

108. Porphyr. ad Hor. I. 1. 25. ,,crustula et Lucilius dixit etc. cfr. Comment. vet. ad Iuv. Sat. IX. 5. Dusa hoc fragmentum cum 103 iungit: *lactantia* Coa *clam cum melle bibi, gustavi crustula solus.*

109. Porphyr. ad Hor. S. I. 10. 30. *Canusini more bilinguis.* Bilinguis dicitur, quoniam utraque lingua Canusini usi sunt, sicut per omnem illum tractum Italiae,

110. — — efflantque elatis naribu' lucem.
111. [Gnatis parce tuis.] — —
112. — — horret et alget.
113. — — et vellit mappas, mantella, merumque.
114. At quidem te senium atque insulse Sophista.
115. Tuam ut memoriam retineas.
116. — — Myconi calva omni' iuventus.
117. — — Carcer vix carcere dignus.
118. — — lecti omnes: Atticon hoc est.
119. — — animo ac virtutibus. — —
120. Adde soloecismon genera ac vocabula centum.

---

quem ex maiore parte Graeci incoluerunt. Ex quo magna Graecia nomen accepit. Ideo ergo *Brunius Bruchacae bilingui* dixit ita in Edit. Basiliensi Henr. Petri 1555. scriptum est. sed alii exhibent: *ideo ergo et Ennius et Lucilius Brutali bilingui* dixerunt.

110. Marius Victorinus Lib. I. *de syllabis*. „videtur plurimis esse quintus communium syllabarum modus, qui apud Lucilium et veteres multus est frequentatus, ut correpta vocalis desinat in *s*, et excipiatur ab alia consonanti vel vocali loco consonantis posita."

111. Serv. ad Aen. X. 532. *Parce* autem est secundum antiquos serva, ut apud Lucilium et Ennium invenitur. quod autem dicit: *gnatis parce tuis* etc. unde recte colligitur haec verba non esse Lucilii; sed verba: *quod — dicit* in multis editionibus omissa sunt.

112. Serv. ad Virg. Aen. XI. 602. *horret ager* h. e. terribilis est; est autem versus Ennianus, vituperatus a Lucilio, dicente per irrisionem debuisse eum dicere: *horret et alget*. igitur ne haec quidem verba Lucilii sunt, sed Ennii eaque a Lucilio irrisa.

113. Serv. ad Virg. Georg. IV. 376. Lucretius autem *mantella* dicit *mappas*? mantelia dicit Varro. Phylargyr. ad vers. 377. Lucilius autem mantella dicit mappas: *mantella merumque;* contra Serv. *mappas* versui Lucilii adnumerat. *mantellam* dicit Plaut. Capt. III. 3. 6. cfr. Porphyr. ad Hor. S. II. 4. 81. mappas dicit quae nunc mantilia. Lucilius ait: *Et vellit mappas*.

114. Don. in Ter. Eunuch. II. 3. 10. *At quidem te sen*. ID. *At dii te sen*. FD. *At dii te perdant senium*. V. D. ci.

115. Don. in Ter. Andr. V. 4. 11. *metuo* vel *vereor* supplendum est.

116. Don. ad Ter. Hec. III. 4. 26. *Μυκώνιος Φαλακρός* cfr. Plin. H. N. XI. 37. Steph. Byz. s. v. et Strabo.

117. Don. ad Ter. Adelph. III. 2. 12. Andr. I. 2. 12. Eun. III. 2. 19. IV. 3. 2. Phorm. II. 3. 26.

118. Don. in Ter. Phorm. I. 2. 1.

119. Don. in Ter. Adelph. II. 1. 22. in nonnullis editt. *tuis* additum; ergo fortasse legendum: *animo ac virtutibus tuis*.

120. Isidor. Origg. I. XXXII. 5. „fiunt praeterea soloecismi, et plurimis modis. Nam Lucilius centum genera soloe-

121. A me auxiliatus si est.
122. — — anseris herbili' virus.
123. — — stat sentibu' fundus.
124. Ex facie florem delegeris. — —
125. Pedetentim hunc resalutem.
126. — — fici comeduntur et uvae.
127. — — exta acceptoris et unguis.
128. — — gibbere magno.
129. Cum illa fora ierant.
130. Plure foras vendunt. — —
131. Assiduas ficos. — —
132. — — Legem
Vitemus Licini. — —
133. — — Fanni centussisque misellos.

---

cismorum dixit, quos omnés vitare potius quam sequi debet qui regulam recte loquendi studet tenere." Pompon. de barbarismo p. 430. Ed. Lind. cfr. Otto Iahn. ad Pers. p. XXII.

121. Priscian. VIII. 4. p. 368. *Si*, quod additur, omittunt plerique Codd.

122. Serv. [Danielis] ad Virg. Georg. I. 129. ,,nonnunquam pro foetore ponitur virus, ut apud Lucilium etc." cfr. Paulus p. 100. Ed. OM. ,,herbilis anser, herba pastus, qui gracilior est quam frumento pastus" pro *gracilior* mg. A. Aug. *grandior*. male.

123. Don. in Ter. Andr. IV. 2. 16. cfr. Lucilii fragm. Lib. V. fr. 24. ubi omnia eadem nisi quod pro *fundus* — *pectus* positum est. sed nihil impedit, quominus duplici modo Lucilium hoc verbo usum esse statuamus.

124. Donat. ad Terent. Eunuch. IV. 4. 20. ,,Lucilius in Satira Athemnydis ex facie florem delegeris" *Athymidi* facti Ms. Holst. *Athinidi sacci* Ed. Venet. 1490. *Attinidi Sacci* Ed. Ven. 1512. *in Satira Athymnidis* MS. Lindenbruchii *in Satyra Atti diligens* in Codice Pithoei adscriptum Rob. Stephanus nomine omisso asteriscum adpinxit, in Codice Rodolphi Mellii ap. Dusam *Athimodi sacci*. coniicio: *At Thaidis facie ex florem delegeris omnem*.

125. Charis. p. 127. §. 175. Ed. Lind.

126. Charis. L. I. p. 53. L.

127. Charis. p. 55. L.

128. Charis. p. 47. L.

129. Charis. p. 39. forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinatum, aut cum commercium significamus et Lucilius: *cum illi fora irant*. *erat* vet. Cod. ap. Dusam qui coniecit: *Tunc illi fora erant* aut: *illa quum fora itant;* sed haud dubie legendum est: *cum illi fora ierunt*.

130. Charis. p. 62. L.

131. Charis p. 127. §. 175. *asse duas ficos* idque fragm. cum priore coniungit.

132. Gell. N. A. II. c. 24.

133. A. Gell. N. A. II. 24. *Centussis-*

134. Prima Papirià Tuscolidarum.
135. Serana Caecili nomine et salis fretus.
136. Anu noceo.
137. — — prodes amicis.
138. — — primum facie quod honestatis
Accedit. — —
139. Scinde, puer, calam, ut caleas. — —
140. — — resultant aedesque lacusque.
141. Ecquem Pamphilum quaeris.
142. — — *Χῖος τε δυνάστης.*
143. Ut uxori legata penus. — —

---

que vulgo. sed copulam libri MsS. ignorant. *centusse misello* ci. ID. *centusse misellos* ci. Thysius; *centussis miscella* ci. alius. cfr. Macrob. Saturn. II. c. 13. p. 396. Ed. Zeune.

134. Schol. Bob. in Cic. Or. p. Flacco p. 254. Or. Cod. *tu solidarum. Tusculidarum* Or. *Tuscol.* Wunder. p. 135.

135. Non. p. 139. b. *Serana, Sarana* Codd. W. L. *eran.* mg. I. *Erance cili* MS. ap. D. *serano* 1526. *Serrano,* quasi fabulae titulus sit. I. *Caecili* W. *cecili* mg. I. M. *Caecaeli* L. *coeli* A. *caeli* I. *an Siculi nomine salis* ci. I. corrige: *Sarana caeli numina e. s. fr.* de *Sara* cfr. Plaut. Truc. II. 6. 58. *Sarruna numina* pro Poenis habet Sil. Ital. VIII. 46. referat haec aliquis ad classis Roman. bello primo Punico amissas.

136. A. Gell. N. A. IV. 16. Sicut Lucilius eodem casu (scil. dativo) *victu* et *anu* dicit, non *victui* nec *anui* in hisce versibus. — et alio in loco *Anu noceo* inquit.

137. Macrob. de different. et societ. Graeci et Latini verbi p. 734. Ed. Zeune.

138. A. Gell. N. A. IX. 14. 21. In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non *faciei* uti nunc dicitur, sed *facie* dixerunt. Lucilius in Satiris: *quod honeste tantis* Edd. vett. et pr. Codd. Torn. et Guelf. Sciopp. qui ci. *honestatis onuste tantis* Linc. Scheff. *honeste* prob. Thysius. *honeste* Long. *quod honestae laus* Gron. coni. *accidit* Edd. Rom. Ven. 1472. Brix. *honestas* ci. Scal. sed quod honestatis haud dubie legendum est, id quod omnium fere Codd. vestigia comprobant.

139. Serv. ad Aen. VI. 1.

140. Serv. ad Aen. I. 726. Isidor. Origg. XV. 8. 6. id. XIX. 12. cfr. Virgilii Maronis Interpp. vett. etc. Ed. Angelo Maio p. 57. ad Aen. VIII. 25. ubi Lucilii fragm. *arcusque* laudatur, haud dubie ex nostro: *lacusque* corruptum est.

141. Serv. ad Aen. I. 181.

142. Serv. ad Virg. Georg. II. 99. *et rex ipse Phanaeus.* De Lucilio hoc tractum est qui ait, *Χῖος τε δυνάστης* i. e *οἶνος.*

143. Serv. ad Aen. I. 703. foeminino genere Lucilius posuit (scil. *penus*) *Ut ux.* L. Voss. R. Steph.

144. Apollo Pulcher.
145. Scorta Pyrgentia.
146. Vultis? emta est: noltis? non emta est.
147. Et suffocare lacunas — Conatur.
148. — — pergit capulare cadaver.
149. Serenu' fuit. —
150. Subulo, pullipremo.
151. — — Viscus aprugnum.
152. — — Agrariu' mergus.
153. Oleum Casinas.

---

144. Quod vulgo laudatur Lucilii fragmentum, *Apollo pulcher dici non vult.* id nullum esse facile ex ipsius Servii verbis intelligitur. ,,Et quidam *pulcher Apollo* epitheton datum Apollini reprehendunt; pulchros enim a veteribus exoletos dictos: nam et apud Lucilium Apollo pulcher dici non vult." quae quidem ipsius Servii verba esse nemo non dubitat; ita ut hoc tantum pro certo dici posse videatur, in deorum concilio, cuius primo libro mentio facta fuerat, Apollinem *pulchrum* dictum fuisse idque recusasse.

145. Serv. ad Aen. X. 184. Pyrgi veteres castellum nobilissimum.

146. Diomedes Edit. Zachon. fol. 216.

147. Diomed. fol. 18. a. med. 361. P.

148. Fulgent. Planciad. p. 593. Ed. nostr.

149. Quinct. Inst. Orat. IX. 4. 38.

150. Ausonius Epigram. LXIX. *suppilo* in veteribus libris est, *subulo* Scalig. Lection. Auson. I. 27. idem *pullipremo* scribit, et puerum plagiarium interpretatur; nam *premere* esse idem quod *furto clepere*, ἀποκρύπτειν.

151. Charis. p. 46. L. ,,Item *caprina* et *apruna* cur dissimiliter derivetur, quaeri solet. Quibus respondebimus, utrumque per i proferri debere sed in alio usum (usu P.) *u* litteram celebrasse, quamvis Lucilius *viscus aprugnum* dixerit"; quo ex loco *aprignum* scriptum fuisse coniicias.

152. Iul. Capitol. in vita Pertin. c. 9. ,,avaritiae suspicione privatus non caruit, cum apud vada Sabatia oppressis foenore possessoribus, latius suos teneret fines. Denique ex versu Luciliano agragrius mergus est appellatus." *Luciniano grarius* Pal. et plurimi et optimi libri. aut *crarius.* quod Salmasius ex *erarius*, *aerarius* corruptum esse statuit. Sed quod etiam *Granius* in Codicibus exstat, hinc Casaubonus effecit lectionem: *Granius agrarius mergus* et Granium praeconem intelligit, cuius dicta celebrabantur. Iam non negaverim, praeconem qui fenore rem augeat, *agrarium mergum* dici potuisse, sed num hoc in Granium quadret, valde est dubium. *Agrarius* igitur *mergus* certissimam lectionem puto, et quicquid Salmasius dicit, *aerarium m.* neque acute neque iocose dictum existimo.

153. Priscian. VII. c. 12. p. 332. Ed. Krehl. ,,Lucilius tamen ὁμοιοτρόπως oleum Casinas pro Casinati."

154. Carissam.

155. Ponere.

156. Ninguis.

157. Strigilim.

158. Iugerum.

159. *Εὔφωνα.*

160. Canaliculam.

161. Corolla.

162. Vappones.

163. Aquilum.

164. Gulliocae.

165. Homerus alter.

166. — per inhospita tesqua vagantem
Rerum animo sequitur captarum gratia maior.

---

154. Carissam apud Lucilium vafram significat Paul. Ed. OM. p. 44.

155. Serv. ad Aen. X. 625. *meque hoc ita ponere sentis.* „Sane *ponere* facere, sicut Lucilius Homerum secutus qui ait, *ἄλγἐ ἔθηκεν* i. e fecit.'' Sed olim statuebant, Graeca verba Lucilii esse, eaque pro fragmento Luciliano laudabant.

156. Prisc. VI. 18. 94. p. 285. Ed. Kr. licet veteres ninguis declinaverunt, e quibus est Lucilius.

157. Charis. Lib. I. p. 72. Ed. Lind.

158. Charis. L. I. p. 29. Ed. L.

159. Consultus Chirius Fortunatianus Rhetor. L. III.

160. Non. p. 134. a. Canalis foeminino *ὑποκοριστικῶς* *canaliculam* dicit.

161. Isidor. Origg. L. XIX. c. 30.

162. Probus in Catholicis nominum.

163. Glossarium Labbei. aquilum i. e *μέλαν*, *ὡς Λουκίλλιος*.

164. Gullioca *χαρυοτόμια;* Gulliocae *κάρυα μάκρα παρὰ Λουκιλλίῳ*. cfr. Paul. Ed. OM. p. 98. „Gulliocae nucum iuglandium summa et viridia putamina'' alia forma est *culliola* Paul. p. 30. i. e cortices nucum viridium, dicta a similitudine culleorum, quibus vinum vel oleum continetur. Placidus habet *Guilliciola*. Igitur plures eiusdem vocabuli formae in usu fuisse videntur.

165. Hieronym. Comm. in Micham c. 7. Opp. Vol. V. p. 167. „sed et poeta sublimis, non Homerus alter, ut Lucilius de Ennio suspicatur, sed primus Homerus apud Latinos.

166. Barth. Advers. XV. 3. ad Hor. Ep. I. 14. 19. in Cod. interpretatio est vocis tesqua, loca inutilia quae subigi non possunt. loquitur in villicum Lucilius in II. cfr. Glossar. Labbei: *tesqua* s. *tescua κατάκρημνοι καὶ ῥάχεις καὶ ἔρημοι τόποι.* Varro de L. L. VII. 10 — 12. „et quod loca quaedam agrestia, quod aliquoius dei sunt, dicuntur tesca'' melius autem huius vocabuli significatio ex versu Accii intelligitur, quem ipse Varro laudavit: *quis tu es mortalis,*

167. Cuius si in periculo feceris periculum.
168. Purpureamque uvam facit albam pampinum habere.
169. Facti subpudet (tu di...)
170. Quod adeptus.
171. Ore corupto.
172. Catella.
173. Austerissimarum herbarum succos exprimebat.
174. Erant et equorum inaurata tapeta.
175. — ore salem expiavit amarum.
176. Addere.

---

qui in deserta et tesca te apportes loca. quocum Cicero ap. Paulum consentit qui *tesca* aspera et difficilia esse dicit. sed fortasse *tuesca* ap. Varr. et *tesca* diversa sunt.

167. Non. p. 248. a. ex libro XXVIII. laudatur.

168. Cledonius Arte p. 1896. Putsch. Pampinus et dies generis sunt communis: hic pampinus — haec pampinus Lucilius.

169. Vett. Interpp. in Virg. Aen. IX. 373. p. 60. Ed. Mai.

170. Hoc fragmentum falso laudatur ab Heusdio. Ex laceris enim Festi verbis nihil aliud conieceris, quam Lucilium alicuius rei mentionem fecisse; quae ad Quintanam classem vel ad capite censos pertineret. Num autem: *quod.... adeptus* ipsius Lucilii verba sint, admodum dubium est.

171. Consentius de barbarismis et metaplasmis p. 30. Buttman. „Poetae faciunt metaplasmos cum ipsi iam scripturam relinquunt corruptam, ut est relliquias Danaum." — Addidit enim unam litteram per metaplusmum l. Item contra. sicut Lucilius: dempsit enim unam litteram per metaplasmum r.

172. Barth. Advers. XXXVII. 22. ad Hor. Ep. I. 17. 55. digna memoria est glossa in omnium antiquissimo, quot mihi videre contigit, exemplari reperta: Catella diminutivum est a catena dicitque catellam imitatione Lucilii.

173. Probi Instit. §. 128. Endlicher Analecta Gramm. p. 253. Scribon. Larg. Comp. medic. 142.

174. Probi Instituta Artium §. 547. Endlicher Analecta Gram. p. 344. Quaeritur ab eo, quod dixit Lucilius — qua de causa hoc tapetum facere pronuntietur; hac de causa, quoniam quaecunque nomina generis neutri a nominativo casu numeri singularis in accusativo casu numeri pluralis per syllabas non crescunt, haec nominativo casu numeri singularis UM litteris difiniuntur.

175. Valer. Prob. de nomine §. 18. Endlicher Anal. Gram. p. 217. „Sed ab ea origine venit, ut significet iocos et ideo sales masculini generis esse ut apud Lucilium. Hunc Lucilii versum lib. inc. N. 190. p. 185. Bip. fonte non indicato H. Columna ad Ennium p. 179. Ed. Neap. e Codice nostro protulit; Ceterum pro expiavit Cod. habet: *expiravit.*

176. Serv. ad Aen. VI. 90. „addita Iuno inimica." Est autem verbum Lucilii et antiquorum. ut Plautus Aul. III. 6. 19.

177. Nasum hoc corpusque scutum.
178. Quid tibi ego ambages Ambivi scribere coner?
179. Non laudare hominem quenquam neque non facere unquam.
180. Hymnis sine eugio ac destina.
181. Cretatumque bovem duci ad Capitolia magna.
182. Vidimus *vinctum thomice cannabina.*
183. Decussi * sive decussibus est.
184. Bonum schema est quotiens sensus variatur in iteratione verborum.
185. Quae facies, qui vultus viro.
186. Crebrae papaveratae.
187. Rabula.
188. Suda .... remillum.
189. ..... ti hibernacu...

---

177. Ineditum de generibus nominum post Ovidii Halieutica a Mauritio Hauptio evulgatum. p. 89. corrige: *n. h. corpus- senectum.*

178. Varro de L. L. §. 30. p. 131. Ed. OM. „*Ambivi* F. et b ut videtur *ambui* G. H. *abui* a. de Ambivio Turpione loqui videtur Lucilius et ludere in nomine" OM. ap. D. est IX. 10.

179. Charis. p. 143. Ed. L. ap. Dusam XI. 11.

180. Non. p. 74. a. vulgo iungunt: Epodis Hymnis: *Sine* sed *Hymnis* puellae nomen esse videtur.

181. Schol. Iuv. ad X. 66. ubi nunc Lucilium nomen scriptum est, sed olim Lucretius legebatur.

182. Fest. p. 356. OM. verba: *vinctum thomice cann.* coniectura restituta ab Ursino. Scal. supplet: *indimus eis tomices cannabinas.*

183. Varro de L. L. p. 224. OM. §. 81. „Etiam illud putant esse causae, quor non sit analogia, quod Lucilius scribit: — qui errant, quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque; nam in aere usque ab asse ad centussis numerus aes significat etc.

184. Serv. ad Aen. IX. 573. Ut ait Lucilius.

185. Isidorus different. libro No. 598. Lucilius haec quasi distinguens ait.

186. i. e vestes tenues cfr. Hesych. μήκων - ὕφασμα βύσσινον cfr. Plin. H. N. VIII. 48. (74. Bip.) „*cr. p.* iam sub Lucilio poeta in Torquato notatae."

187. Fest. p. 282. Paul. 283. OM. cfr. Paul. 272. „causidicus, pugnaciter loquens apud Lucilium. Ursinus in Festo tantum *cillum* invenit unde Lucilium effecit.

188. Fest. p. 277. Paul. 276. Remillum dicitur quasi repandum.

189. Fest. p. 294. s. v. *suberies.* sed supplementum ex Isidoro XVII. 7. 27. petitum.

190. Mutonium.
191. Tantus conduxerat omnia torpor.
192. Quod thynno capto cobium excludunt foras.
193. Occidunt Lupe, saperdae te et iura siluri.
194. Sumere rete atque amiam.
195. Nec si te pectore vates
Accipiam.
196. Ampliter, ignaviter.
197. Curarum retia nexit.
198. nec doctissimis
Manium Persium haec legere nolo, Iulium Congum volo.
199. Vultorum.
200. Labraque habent similem lactucam asino comedente
Carduos.

---

190. Glossar. *mut.* προβασκάνιον ὡς Λουκίλλιος.

191. Non. p. 155. b. in Codd. est. Lucretius, sed Rothius ci. reponendum esse *Lucilius*.

192. Varro de L. L. VII. §. 47. p. 139. Ed. OM. ,,*quod* b. *quidem* cett. Codd. cum versu Lucilii coniunxi, suadente Spengelio. *cobium* coni. OM. *corium* Codd. *corrum* vg." OM.

193. Varro ibid. ,,*Lupe saperdae te* Turnebus *lupes (lupos* F *pes* b*) aperdete (aperdere* a *aperdite* Gb*)* Codd." OM.

194. Varro ibid. *Sume rete* Codd. nisi quod *sumere* G. *sume recte* b. *amian* F. OM. sententiam ita aliquis expleat: *sumere rete iubet capere atque amiam te* Scaliger hos versus coniungit et ita lectionem constituit:

,,Tunnos captato cordulum exclude: minores
O. L. s. t. e. i. S.
Sumen te atque amia."

195. Serv. ad Aen. VIII. 337.

196. Priscian. Ed. Kr. XV. 3. p. 621.

197. Diomed. 366. 41.

198. Plin. Praefat. H. N. Ep. ad Vespas. p. 4. Ed. Bip.

199. Sinneri Catalog. Bibl. Bernens. *vultus* dixit Virgilius sed et *vultorum* Lucilius in I. T. I. p. 440.

200. Hoc quidem modo celebre illud Lucilii dictum (de quo cfr. Hieronym. ad Chromatium p. 20), in versum includi posse coniicio. Ordinem verbor. apud Hieronym. vide infra p. 166. n. 3.

Versus aliquot, qui aut omisso aut perperam adscripto auctoris nomine laudantur; quos Lucilii esse homines docti statuerunt.

1. — Cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat Mucius, an non?
2. — Granius autem
Non contemnere se et reges odisse superbos?
3. [Quid?] puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse
frontem ut ferias.
4. Displiceo mihi nec sine summo scribo dolore.
5. O domus antiqua, heu quam dispari dominare domino.
6. Sustineat currum ut bonu' saepe agitator equosque.
7. Atque aliquos ibus ab rebus clepsere foroque.
8. Nasum diductius quam pandius paulo vellem.

---

1. Iuvenal. Sat. I. 152. *Unde illa priorum scribendi quodcunque animo flagrante liberet Simplicitas. cuius* etc. ad quae Vetus scholiastes adscribit: *Lucillii et ceterorum.* Et *Mucii* quidem nomen Lucilii nos admonet, qui illum satiris laceraverat.

2. Cic. ad Att. VI. 3. *Gravius* Codd. emendavit Corrad. L. B. seqq. cfr. L. II. Ep. 8.

3. Cic. Epp. ad Att. I. 1. *quid* non est ap. Cic. et omnino nullum versum hic agnosco neque alius auctoris verba. ipsius Ciceronis sunt et certam quandam similitudinem cum rhythmo dactilico habent.

4. Cic. Epp. ad Att. II. 18.

5. Cic. de Offic. I. 39. haec non Lucilii esse, mihi quidem exploratum est, sed locum apposui, ut quanta temeritate egerit Dusa, neminem fugiat.

6. Cic. Epp. ad Att. XIII. 21. *sustineas* Med. m. pr. *bonus aeque* ci. Goerenz.

7. Varro de L. L. VII. §. 94. p. 156. Ed. OM. *Lucretium* Codd. Lucilium Vertranius, Scaliger. vide de hac nominum confusione ann. ad V. 17. *ibi* Codd. *ibus* Scaliger. *foro qui* Codd. *foroque* Scaliger quod et mihi probatur. sed quid sit, cur OM. *clepsere* hoc loco perfectum esse neget, me non intelligere fateor. quod quomodo Varronis verbis confirmetur, multo minus manifestum est. verba haec sunt: „clepsere dixit, unde etiam alii clepere, id est, corrigere;" praeterea G. Hermann. Opusc. III. p. 119. ab eo laudatur.

8. Endlicher Anecdota Gramm. p. 221. Valerii Probi de nomine §. 40. in Cod. est Lucretius, sed in his quae supersunt, nil tale legitur, neque in reliquiis Lucilii; quorum nomina a Grammaticis saepe

9. Tantidem quasi foeta canes sine dentibus latrat.
10. Non frustilatim nec minutatim dari.
11. Priverno Oufentina venit fluvioque Oufente.
12. Graecia Sulpitio sorti data est, Gallia Cottae.
13. Ructantur invenes et sputis omnia foedant.
14. Quanquam fuit ipse.
15. *Κτύπῳ* subsidio currat.
16. — ne ridicule hemicillus.
17. Num vesceris ista
Quam laudas pluma, cocto num adest honor idem.
18. Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem.

---

permutari recte monet Osann ad Apuleii de Orthogr. p. 18.

9. Varro de L. L. VII. §. 32. p. 132. Ed. OM. hoc fragmentum errore Lucilio adscriptum; apud Varronem enim verba anteposita sunt.: „Itaque Ennius scribit."

10. Non. p. 77. a. Saturarum Codd. *Lucilius Sat.* ci. I.

11. Festus. p. 194. Ed. OM. *Oufendina* Codd. hoc ad recensionem tribuum referri possit, quam a Lucilio factam esse statuunt.

12. Isidorus Origg. I. c. 25. *sorti* omnes Codd. *sorte* Lindemannus (!) *est* idem addidit e Gu. I.

13. Nic. Perottus in Martialem ad Epigr. CXVI. in Fescenniam. „Unde Perottum versum hunc Lucilii habere dicam nescio. nam apud nullum quidem veterum scriptorum invenire eum potui. quare dicamus necesse est, illum ex manuscripto aliquo Grammatico deprompsisse." Dusa.

14. Cic. ad Att. L. IV. ep. 7. hoc num versus fragmentum, num Lucilii sit, omnia dubia.

15. Cic. ad Att. XII. 5. „κτύπῳ y. B. sqq. *clypo* Med. Q. V. *clipso* Ψ. A. C." Orell.

16. Cic. ad Att. XIII. 51. „*hemicillus* y. B. 1. (interpretatur B. ἡμίκιλλος, ἡμίονος) *Micillus* Md. A. C. (Micyllus) V. L. 3. μικκύλος de Odini susp. 2.' Or. qua quidem lectione omnia concidunt quae ad h. l. congessit Fr. Iunius. Proverbium esse videtur hac sententia: ridicule mihi obiicitur asinus, qui quod eligat, nesciat;" vel rectius fortasse refertur ad Phaedrum I. 15. cuius extrema verba haec: „ergo quid refert mea, cui serviam, clitellas dum portem meas" Neque V. 4. plane abhorret, „Tuum libenter prorsus adpeterem cibum, nisi qui nutritus illo est, iugulatus foret."

17. Hor. S. II. 2. 27. 28. verba: *cocto — idem?* Wasse de Sen. c. 8. p. 95. Horatium ex Lucilio hausisse coniicit quod *num* non eliditur. cfr. Conr. Leon. Schneiderus El. L. L. Vol. I. P. I. p. 156. et quos ille laudat, Lucil. fragm. Ed. Haverc. p. 338. Voss. Arist. II. 30.

18. Hor. S. II. 1. 22. cfr. S. 1. 8. 11. S. II. 3. 224. 175. P. sc. N. n.

19. Sancta Serapis
Isis et Harpocrates digito qui significat st.

20. At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis
Miscuit.

21. Conque tubernalem.

22. Infantibus parvis.

23. Mortua si dicas, iam pridem emortua malis.

24. ... Camaraeque caminis
Ex cratibus.

---

ante Horatium Lucilius dicitur acriter carpsisse Auct. Com. Cruq. p. 691. quod si verum esse statuimus, verba supra laudata ex Lucilio hausta esse fit probabile; et facile est ad intelligendum, haec verba iam fere in proverbii vim abisse.

19. Haec apud Varronem L. V. p. 22. Ed. OM. ita scripta sunt: „Ni dei idem, qui Aegypti Serapis et Isis, etsi Arpocrates digito significat ut taceas eam." Haec Scaliger urendo et secando in versum inclusit, experturus, credo, quantum sibi auctoritatis apud homines doctos esset.

20. Est versus Horatii S. I. X. 20. qui quomodo inter Lucilii versus referri potuerit vix assequaris, nisi Iul. Rufinianus *de schem. dian.* „Exuthenismos, figura haec fit, cum rem aliquam extenuamus et contemptum faciemus ut apud Lucilium: *At magnum fecit"* dixisset. quodsi enim omnia loca inter fragmenta reponenda sunt, ubi Lucilii mentio facta est, vix habebis, ubi desinas.

21. Consentius de barb. et metaplasm. p. 30. l. t. quo Lucius in metro crebro utitur. Buttm." Lucilium procul dubie intelligit Consentius et est novum huius figurae exemplum.

22. Diomedes ap. Lind. Corpus Gram. II. p. 424. „quartus est. (scil. modus communium syllabarum) cum correptam vocalem duae consonantes sequuntur, quarum prior est *s* littera, quae syllabae ratione communis, velut sibilus posita, vim consonantis amittit — Ut est apud Lucilium": sed haec verba apud Lucretium leguntur I. 187. Nam fierent subito iuvenes ex infantibu' parvis. quare vide ne Lucretii emendandum sit, quod Heusdius negat. sed recte Lucretius laudatur eodem exemplo adscripto, a M. Claudio sacerdote §. 84. Anecd. Gram. Ed. Endlicher p. 26.

23. Barth. Advers. XXXII. 1. „in ms. Commentario Isidori, qui *differentiarum* in membranis inscribitur, quid sibi velit: Mortuum corpus, iam exanime emortuum, morti proximum Lucretius: — toto Lucretio nil tale exstat, Nescio, an sit Lucilianum aliquid isthic corruptum." *malis* pro molis ci. Gerl.

24. Charis. Inst. Gr. I. p. 43. P. p. 32. L. *Exteritibus* Cod. *Camara* dicuntur ut Verrius Flaccus affirmat, non camera per e. sed Lucretius etr. Cram. Comm. vett. in Iuven p. 509. „Lucretii esse nequeunt — an igitur Lucilium voluit." apud Bedam de Orth. p. 2779. cameris ex *teretibus* corrupte. cfr. Barth. Adv. p. 1693.

25. Scilicet uni aequus virtuti atque eius amicis.
26. Endo suum do.
27. Meos hortulos plus plero quam stercero. (?)
28. [Qui est omnibu' princeps.]
29. Habui recte disertim (?)
30. Nescio quorsum mihi eveniant tua verba tam delenifica.

---

25. Hor. II. 1. 70. quae Or. iudicat ex Lucilio esse desumta.

26. Marius Victorin. Art. Gram. I. de versu: Pari ratione in versu et apocope praecepta est, i. e. subtractio syllabae syllabarumve, cuius libet orationis metro cogente facta, quae sive in verbo, sive in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur ut etc.

27. Mai Script. Nova Collect. T. VIII. Index ex Thes. Nov. Latin. p. 518.

28. Cic. Or. 48. 161. Cum sequentia Lucilii sint, haec quoque ad eundum referre licet.

29. Non. p. 548. b. „*disertim* dicere plane, palam, auctore Lucilio possumus in Veliterna." *Caecilio a.* princ. *Titinnio a.* Bentin. sed neque Caecilii neque Titinnii alias *Veliterna* laudatur. potest hoc ad partem satirae pertinere, ubi Veliterna loquens inducitur.

30. Fulgentius p. 398. a. „Unde et Lucretius Comicus in Numolaria ait" *Lucillius Comicus* IM. *Comicus in Num. ait* om. G. I. *immolaria* M. de hoc versu v. plura supra.

Testimonia Veterum de Lucilio et de Saturarum argumento.

1. Ex quibus scientiae disciplinis tantum cordis assumere, divinationis tantum potuistis haurire? Quia per casus et tempora declinare verba scitis et nomina, quia voces barbaras soloecismosque vitare, quia numerosum et instructum, compositumque sermonem aut ipsi vos nostis efferre, aut incomptus cum fuerit scire: quia *fornicem Lucilianum* et Marsyam Pomponii obsignatum memoria continetis: quia quae sint in litibus constitutiones, quot causarum genera, quot dictionum, quid sit genus, quid species, oppositum a contrario quibus rationibus distinguatur: iccirco Vos arbitramini scire quid sit falsum, quid verum, quid fieri possit, aut non possit: quae imorum summorumque natura sit? Arnob. adv. Gentes II. 6. p. 50. Ed. Orelli.
2. Sed et deos Conserenteis (Consentes?) pari more ac dissimulatione taceamus, quos cum caeteris scribit Flaccus in humani penis similitudinem versos obrüisse se cineri, qui sub ollula fuerat factus extorum: quem cum Tanaquil dimoveret, Etruriae disciplinarum perita, surrexisse se deos, et nervis obduruisse divinis. Corniculanae inde imperavisse Captivae ut intelligeret et agnosceret, qui sibi res vellent: Ocrisiam prudentissimam foeminam divinos inseruisse genitali, explicuisse motus certos. Tunc sancta et ferventia numina *vim* vomuisse *Lucili* ac regem Servium natum esse Romanum. Arnob. adv. Gent. Lib. V. 18. p. 180. Ed. O.
3. *Hieronimus ad Chromatium* I. 7.: Secundum illud, de quo *semel in vita Crassum* ait *risisse* Lucilius: *Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente. Idem ad Demetriadem* I. 130.: *Et M. Crassum semel in vita* scribit *risisse* Lucilius. *Idem adversus Ruffinum:* Ego certe ut homini severissimo risum moveam, ut imiteris aliquando *Crassum*, *quem semel in vita risisse*

scribit Lucilius. *Cic. de Finib. lib. V.* 30. 92. Dicimus aliquem hilare vivere. Ergo si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? At hoc in eo *M. Crasso*, *quem semel* ait *in vita risisse* Lucilius, *non contigit*, *ut ea re minus ἀγέλαστος*, ut ait idem, *vocaretur*. cfr. *Tusculan. Quaest.* lib. III. 15. 31. Plin. Nat. Hist. L. VII. c. 19. ferunt Crassum avum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id Agelastum vocatum. *Macrob. Saturnal.* lib. II, c. 1. Neque ego sum nescius, vos nec tristitiam nec nubilum vultum in bonis ducere, nec Crassum illum, quem Cicero, auctore Lucilio, *semel in vita risisse* scribit, magnopere mirari. *Pseudo-Asconius Pedianus in Act. I. in. C. Verrem ad illa: Semel ait se in vita pertimuisse contumaciam Verris praecipitem.* §. 5. p. 128. Ed. Bait. Nam semel vicinum est ad paene nunquam. ex eodem sensu est, quod *semel in vita risisse Crassum* scribit Lucilius. unde Virgilius mihi videtur dixisse: Tum primum nostri Cacum videre timentem.

4. *L. Caecil. Minut. Apuleius de Orth. p. 3. Ed.* Osan. Busiris cum i latino, qui apud Iovis aram hospites mactabat, divinoque iudicio ab Hercule ibidem mactatus est, auctore Charonte in quarto Apollonii Commentario, Pherecyde Homeroque minore ex nostris Nasone et Calvo Lucretio vero in primo. Neptuni filius fuit ex Epaphi nata Libya, Diodoro atque *Lucilio*, cui Cornelius Rufus in lyricis ita subscribit.

5. *Serv. ad Virg. Aen. VIII.* 9. „Diomedes postquam reperit ira Veneris a se vulneratae uxorem apud Argos cum Cilabaro, ut Lucilius vel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter vivere noluit reverti ad patriam... vel ut dicitur ab adulteris proturbatus, sed tenuit partes Apuliae."

6. *Servius in VIII. Aeneid. Virg. ad versum* 83. — *viridique in litore conspicitur sus.* Horat. — et amica luto sus. Sciendum tamen hoc, esse vitiosum monosyllabo finiri versum, *nisi forte ipso monosyllabo minora explicentur animalia,*

ut, Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. *gratiosores enim sunt isti versus* secundum Lucilium.

7. *Cic. in Bruto c.* 43. 160. *de L. Crasso loquens:* Multae deinde causae, sed ita tacitus Tribunatus, ut nisi in eo magistratu coenavisset apud Praeconem Granium, idque nobis bis narravisset Lucilius, Tribunum Plebis nesciremus fuisse. Nam de Granio multa Lucilius. cfr. Brut. 46.

8. *Quintilianus lib. I, c.* 5. 55. *Inst. Orat.* Taceo de *Tuscis et Sabinis et Praenestinis quoque; nam ut eorum sermone utentem Vectium Lucilius insectatur* etc.

9. *Commentator vetus Horatii lib. II. Sat.* 1. *vs.* 28. *sqq.: — me pedibus delectat claudere verba Lucili ritu nostrum melioris utroque. Ille velut fidis arcana sodalibus olim Credebat libris.* Hoc Lucilius ex Anacreonte traxit et Alcaeo Sapphoque Graecis Lyricis, quos ait Aristoxenes libris propriis amicorum loco usos fuisse. Dicitur enim Lucilius *vitam suam scripsisse, et non sibi pepercisse.*

10. *Porphyr. in Hor. lib. II. Sat.* 3. *vers.* 43.: *Primum nam inquiram, quid sit furere.* Ostendit quid sit furor, ut Lucilius......

11. *Donat. in Adelph. Ter. Act.* III. Sc. 1. *ad illa: E re nata melius fieri haud potuit.* Sic proprie dicimus de iis, quae contra voluntatem nostram acciderunt: ut nunc vitium virginis. Ergo e re nata, ex vitio virginis. Sic Lucilius, p... i... i...

Ciceronis ex lib. I. c. 16. §. 72. *de Oratore ex persona L. Crassi ad M. Scaevolam.*

12. Sed ut solebat C. Lucilius saepe dicere, homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus quam volebat familiaris; sed tamen et doctus et perurbanus; sic sentio, neminem esse in Oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero homine dignae, expolitus.

Eiusdem ex lib. II. c. 6. 25. de Orat.

13. C. Lucilius homo doctus et perurbanus dicere solebat ea, quae scriberet, neque ab indoctissimus se neque a doctissimis legi velle.

Lib. IX. Epist. ad Familiar. XV.

14. Salsiores quam Atticorum Romani veteres atque urbani sales. Ego autem mirifice capior facetiis maxime nostratibus, praesertim cum eas videam primum oblitas Latio, nunc vero etiam braccatis et Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaque te cum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, vere ut dicam, Crassos quoque et Laelios videre videor; moriar, si praeter te, quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquae et vernaculae festivitatis agnoscere.

Cic. de Finn. I. 37.

15. Nec vero ut noster Lucilius, recusabo, quo minus omnes mea legant. Utinam esset ille Persius. Scipio vero et Rutilius multo etiam magis, quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se et Consentinis et Siculis scribere. Facete is quidem sicut alias.

Eiusdem ex lib. II. c. 32. §. 102. Academicar. Quast.

16. Accipe, quemadmodum ea dicantur a Clitomacho in eo libro quem ad C. Lucilium scripsit Poetam, cum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum, eum qui consul cum M. Manilio fuit.

Cicer. Familiar. lib. XII. Ep. XVI.

17. In quibus versiculis si tibi quibusdam verbis *εὐϑυῤῥημονέστερος* videbor; turpitudo personae eius, in quam liberius invehimur, nos vindicabit. ignosces etiam iracundiae nostrae, quae iusta est in eiusmodi et homines et cives. deinde, qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quam nobis?

cum, etiamsi odio par fuerit in eos, quos laesit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanto libertate verborum incurreret.

Auctoris Rhetoricae ad Herennium ex lib. II. 13. §. 19.

18. C. Caelius Iudex absolvit iniuriarum eum qui Lucilium Poetam in Scaena nominatim laeserat: P. Mutius eum qui L. Accium Poetam nominaverat condemnavit.

Cic. de Finn. I. 3. 9.

19. Res vero bonas, verbis electis graviter ornateque dictas quis non legat? Nisi qui se plane Graecum dici velit, ut a Scaevola est praetore salutatus Athenis Albucius. quem quidem locum cum multa venustate et omni sale idem Lucilius, apud quem praeclare Scaevola cfr. fragm. lib. inc. 3. 4.

Cic. de Or. II. 70. 284.

20. Sed ex his omnibus nil magis ridetur, quam quod est praeter exspectationem; cuius innumerabilia sunt exempla, vel Appi maioris illius, qui in senatu, cum ageretur de agris publicis et de lege Thoria et premeretur Lucilius ab iis, qui a pecore eius depasci agros publicos dicerent, Non est, inquit, Lucili pecus; erratis: defendere Lucilium videbatur: ego liberum puto esse; qua lubet, pascitur.

Vellei Paterculi lib. II. Histor. c. 9.

21. Celebre et Lucilii nomen fuit, qui sub P. Africano, Numantino bello, eques militaverat. quo quidem tempore iuvenis adhuc Iugurtha ac Marius sub eodem Africano militantes, in iisdem castris didicere, quae postea in contrariis facerent.

Horatii ex lib. I. Sermon. IV. 1. sqq.

22. Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque Poetae,
Atque alii, quorum Comoedia prisca virorum est:
Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,

Quod moechus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus: multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet LUCILIUS, hosce sequutus,
Mutatis tantum pedibus numerisque facetus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora saepe ducentos,
Ut magnum, versus dictabat stans pede in uno:
Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles:
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem:
Scribendi recte; nam ut multum, nil moror. ecce
Crispinus minimo me provocat etc.

Et paulo post. vs. 58. sqq.

23. — — — — ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis,
Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem,
Quo personatus pacto pater. his, ego quae nunc,
Olim quae scripsit LUCILIUS, eripias si
Tempora certa, modosque; et quod prius ordine verbum est,
Posterius facias, praeponens ultima primis:
Non ut si solvas: Postquam Discordia tetra
Belli ferratos postes, portasque refregit.

Eiusdem ex Satyr. X. 1. sqq.

24. Nempe incomposito dixi pede currere versus
LUCILI. quis tam LUCILI fautor inepte est,
Ut non hoc fateatur? at idem, quod sale multo
Urbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens dederim quoque caetera. —

Ac deinde. 20. sqq.

25. At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis
Miscuit. o seri studiorum! quine putatis
Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? at sermo lingua concinnus utraque
Suavior: ut Chio nota si commista Falerni est.

Nec multo post. 46. *sqq.*

26. Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino,
Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem,
Inventore minor: neque ego ille detrahere ausim
Haerentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum: saepe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. age, quaeso,
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci?
Non ridet versus Enni gravitate minores,
Cum de se loquitur, non ut maiore reprensis?
Quid vetat et nosmet Lucili scripta legentes
Quaerere, num illius, num rerum dura negarit
Versiculos natura magis factos et euntes
Mollius? at si quis pedibus quid claudere senis,
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem caenatus: Etrusci
Quale fuit Cassi rapido ferventius amni
Ingenium: capsis quem fama est esse librisque
Ambustum propriis: fuerit Lucilius, inquam,
Comis et urbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis, et Graecis intacti carminis auctor,
Quamque poetarum seniorum turba: sed ille
Si foret hoc nostrum fato dilatus in aevum,
Detereret sibi multa: recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur: et in versu faciendo
Saepe caput scaberet, vivos et roderet ungues.

Eiusdem ex lib. II. 1. 16. sqq.

27. Attamen et iustum poteras, et scribere fortem;
Scipiadam ut sapiens Lucilius. — — —

Et mox. 28. *sqq.*

28. — — — me pedibus delectat claudere verba
Lucili ritu, nostrum melioris utroque.

Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris: neque si male cesserat, unquam
Decurrens alio, neque si bene. quo fit, ut omnis,
Votiva pateat veluti descripta tabella,
Vita senis. — — —

Et paulo post. 62. sqq.

29. — — — quid, cum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem;
Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora
Cederet, introrsum turpis? Num Laelius, aut qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,
Ingenio offensi? aut laeso doluere Metello,
Famosisque Lupo cooperto versibus? atqui
Primores populi arripuit populumque tributim;
Scilicet uni aequus virtuti atque eius amicis.
Quin ubi se a vulgo et scaena in secreta remorant
Virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli,
Nugari cum illo et discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soliti. quidquid sum ego, quamvis
Infra Lucili censum ingeniumque; tamen me
Cum magnis vixisse invita fatebitur usque
Invidia. — — —

Persius Satyra I. vs. 14.

30. — — — secuit Lucilius Urbem,
Te, Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis.

Quintiliani ex lib. X. cap. 1. 93. Inst. Orator.

31. Satira quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis praeferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, et esse aliquid quod tollere possis putat:

nam et eruditio in eo mira, et libertas, atque inde acerbitas, et abundantia salis.

Eiusdem ex lib. I. cap. 8. 10. Inst. Orat.

32. Denique credamus summis oratoribus, qui veterum poemata vel ad fidem causarum, vel ad ornamentum eloquentiae assumunt. Nam praecipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam, et caeteros, qui sunt proximi, vidimus Ennii, Accii, Pacuvii, LUCILII, Terentii, Caecilii, et aliorum inseri versus, summae non eruditionis modo gratia, sed etiam venustatis.

Ex Dialogo de Oratoribus. c. 25. 2.

33. Neminem nominabo, genus hominum signasse contentus: sed vobis utique versantur ante oculos isti, qui LUCILIUM pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt, etc.

Iuvenalis ex Sat. I. vs. 19. sqq.

34. Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus:
Si vacat, et placidi rationem admittitis, edam.

Et mox. vs. 165.

35. Ense velut stricto, quoties LUCILIUS ardens
Infremuit; rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant praecordia culpa.
Inde irae et lacrimae. — —

Asconii Pediani ex Commentar. in Orat. Cic. contra L. Pisonem. Ed. Bait. p. 13.

36. Cum sub Velia, ubi nunc aedis Victoriae est, populum ex lege, quam ipse tulerat concessisse. Tradunt, et Antiochi regis filio obsidi domum publice aedificatam, inter quos Atticus in Annale, quae postea dicitur LUCILII Poetae fuisse.

Ex Plinii Maioris Epistola ad Vespasianum Imp. p. 4. Ed. Bip.

37. *Nec doctissimis.*
Manium Persium haec legere nolo, Iulium Congum volo

quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum, dicendum sibi putavit: si Cicero mutuandum, praesertim cum de re publica scriberet, quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimus? (Nec doctissimum omnium — Lelium... Edit. Venet 1469.)

Suetonii ex lib. de Illustr. Gramm. p. 100. Ed. Tross.

38. (Crates Mallotes) nostris exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent, ac legendo commentandoque etiam caeteris nota facerent. — Ut Laelius, Archelaus, Vectius, Quintus Philocomus Lucilii Satyras, familiaris sui: quas legisse se apud Archelaum, Pompeius Lenaeus: apud Philocomum, Valerius Cato praedicant.

Eiusdem ex eodem lib. p. 108.

39. [Curtii Niciae] de Lucilio libros etiam Satyra (*al.* Santra) comprobat.

A. Gellii ex Noct. Atticar. lib. XVII. cap. 22.

40. Neque magno intervallo postea Q. Ennius, et iuxta Caecilius, et Terentius, ac subinde Pacuvius, et Pacuvio iam sene Accius, clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

Eiusdem ex lib. VII. cap. 14.

41. Et in carmine et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quae Graeci *χαρακτῆρας* vocant; nominaque iis fecerunt *ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον.* Nosque quem primum posuimus uberem vocamus; secundum gracilem; tertium mediocrem. Uberi dignitas atque amplitudo est; gracili venustas et subtilitas; medius in confinio est, utriusque modi particeps. His singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt pari numero, quae earum modum et habitum simulacris falsis ementiuntur. Sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt pro

uberibus: squalentes et ieiuni dicti pro gracilibus: incerti et ambigui pro mediocribus. Vera autem et propria huiuscemodi formarum exempla in Latina Lingua M. Varro esse dicit, ubertatis Pacuvium: gracilitatis LUCILIUM: mediocritatis Terentium.

Eiusdem ex lib. XVII. cap. 5.

42. LUCILIUS vir apprime linguae Latinae sciens equum equitare dicit his versibus etc.

Lactantii ex Divinar. Inst. lib. I. cap. 9.

43. Quid tu, inquiet aliquis, poetisne credendum putas? Quidni putem? Non enim ista LUCILIUS narrat, aut Lucianus, qui diis et hominibus non pepercit.

Macrobii ex Saturnal. lib. III. cap. 16.

44. LUCILIUS acer et violentus poeta.

Hieronym. Chron. Opp. VIII. 577. Veronae 1740. Ed. Valars.

45. Ol. 158. Lucilius poeta nascitur; descriptione Romae facta inventa sunt hominum CCCXX milia.

Ol. 159. Scipio Numantinos subvertit.

Ol. 169. Turpilius Comicus senex admodum Sinuessae moritur. Caius Lucilius Satirarum scriptor Neapoli moritur, ac publico funere effertur anno aetatis XLVI.

Auson. Epist. XV.

46. O qui venustos uberi facundia
Sales opimas, Tetradi,
Cavesque, ne sit tristis et dulci carens
Amara concinnatio:
Qui felle carmen atque melle temperans
Torpere Musas non sinis:
Pariterque fucas, quaeque gusta ignava sunt
Et quae sapore tristia:
Rudes Camoenas qui Suessae praevenis
Aevoque cedis non stilo.

Auson. Epigr. LXX. 7.

47. Perversae Veneris postico vulnere fossor
Lucili vatis subulo, pullipremo.

Ausonius Ep. V. 33. 36.

48. Invenies praesto subiuncta petorita mulis
Villa Lucani — mox potieris — aco.
Rescisso disces componere nomine versum
Lucili vatis sic imitator eris.

Eugenius II. Carm. XXIII. 9. cfr. Fabric. Bibl. Lat. III. 258.

Pro — tibi ut et nostro veniat ex carmine — fectus
Instar Lucili cogor disrumpere versus.

Martial. Epigr. XI. 90.

49. Carmina nulla probas, molli quae limite currunt,
Sed quae per salebras altaque saxa cadunt;
Et tibi Maeonio res carmine maior habetur,
Luceili Columella heic situ' Metrophanes.

Euanthius de trag. et Com. p. LV. ap. Westerhov. in Editione Terentii.

50. Etenim per priscos poetas, non ut nunc, penitus ficta argumenta, sed res gestae a civibus palam cum eorum saepe, qui gesserunt, nomine decantabantur. Ideo ipsa suo tempore moribus multum profuit civitatis, cum unusquisque caveret, culpa ne spectaculo caeteris esset et domestico probro. Sed cum poetae abuti licentius stilo, et passim laedere ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata, siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulae, id est, Satira, sumpsit exordium; quae a Satyris, quos illotos semper ac petulantes deos scimus esse, vocitata est; etsi aliunde nomen traxisse prave putant alii. Haec, quae satira dicitur, eiusmodi fuit, ut in ea quamvis duro et velut agresti ioco, de vitiis civium tamen sine ullo proprii nominis titulo carmen esset. Quod item genus Comoediae multis obfuit poetis, cum in suspicionem

potentibus civibus venissent, illorum facta descripsisse in peius, ac deformasse genus stilo carminis. Quod primo Lucilius novo conscripsit modo, ut poesin inde faceret, i. e unius carminis plures libros.

Diomedis ex lib. III. Gramm. p. 482. P.

51. Satyra est carmen apud Romanos nunc quidem maledicum, et ad carpenda hominum vitia Archaeae Comoediae charactere compositum, quales scripserunt Lucilius, et Horatius, et Persius.

Eiusdem paulo post.

52. Iambicum appellatum est παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod est maledicere; cuius carminis praecipui scriptores apud Graecos Archilochus et Hipponax; apud Romanos Lucilius, Catullus, Horatius et Bibaculus.

Commentator Cruq. ad Hor. S. I. 3. 40.
— — — Velut Balbinum polypus Agnae.

53. Luciliana urbanitate usus in transitu amaritudinem aspersit.

Schol. Cruq. ad Hor. S. II. 1. 70 et ad 75.

54. Hoc est, qui melior fuit et te et me, o Trebati, censu et natalibus; fuit enim vir bonus et valde nobilis. *et paulo infra:* Constat enim Lucilium maiorem avunculum Pompeii fuisse; Etenim avia Pompeii soror Lucilii fuerat.

Eiusdem.

55. Scipio Africanus et Laelius feruntur tam fuisse familiares et amici Lucilio, ut quodam tempore Laelio circum lectos triclinii fugienti Lucilius superveniens, eum obtorta mappa quasi feriturus sequeretur. Schol. ad Hor. S. II. 1. 75. cfr. Cic. de Or. II. 6.

Com. Cruq. ad Hor. S. I. 1.

56. Satira Horatii inter Lucilii Satiram et Iuvenalis media est:

nam et asperitatem habet, qualem LUCILIUS; et suavitatem qualem Iuvenalis. At sciendum tamen est quod Satirarum carmen primo omnium auctore LUCILIO sit repertum, etiam ipsomet Horatio teste.

Petron. Satir. 4.

57. Nunc pueri ludunt, iuvenes ridentur in foro, et, quod utroque turpius est, quod quisque puer iam discit, in senectute confiteri non vult. Sed ne me putes improbasse schedium Lucilianae improbitatis, quod sentio et ipse carmine effingam.

Ex Persii vita.

58. Mox ut a schola et magistris divertit, lecto Lucilii libro decimo, vehementer Satiras componere studuit. Cuius libri initium imitatus est, sibi primo mox omnibus detrectaturus, cum tanta recentiorum poetarum et oratorum insectatione ut etiam Neronem culpaverit. cfr. A. Persii Flacci vita de Commentario Probi Valerii sublata p. 238. Ed. O. Iahn.

Vetus Scholiasta ad Pers. Sat. III. 1.

59. Hanc satiram poeta ex Lucilii lib. IV. transtulit, castigantis luxuriam divitum et vitia.

Censorinus de dic. natali. c. 3.

60. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appositum. quam rem apud Lucilium in libro Satirarum XVI. licet cognoscere.

Ter. Scaurus. p. 2253.

61. Item quod Lucilius ubi *i* exile est, per se iubet scribi, at ubi plenum est, praeponendum esse *e* credit.

Hieronym. Epp. 47.

62. Ubi illa quondam constantia, in qua multo sale orbem defricans, Lucilianum quippiam rettulisti.

Idem Ep. 65.

63. Mordetur et Lucilius, quod incomposito currat pede et tamen sales eius leporque laudantur.

Auct. ad Herenn. IV. 12. 18.

64. Quo in vitio (in verborum traiectione), est Lucilius assiduus, ut hoc est in *priore* libro.

Schol. Cruq. ad Hor. A. P. 238.

65. Pythias persona Comica in comoedia Lucilii, quae inducitur per astutias accipere argentum a Simone domino suo in dotem filiae (ubi alii *Caecilii* emendant).

Cfr. Acron. ad loc. eundem.

66. *Audax Pythias* quae est ausa ludere dominum suum. Non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium inducitur tragoediographum ancilla per astutias accipere argentum de domino. Nam fefellit dominum, et accepit ab eo argenti talentum. fuit enim haec eadem meretricula rapax, ut Thais quae lucrum facit.

Auctuar. Com. Cruq. p. 694. *b. ad Hor. II.* 2. 94.

67. *Circumspicimus vacuam Romanis vatibus aedem*
,,una pars orationis est divisa in duos versus, Lucilii more antiquo."

Vetus interpres. ad Hor. Ep. I. 19. 34.

68. *Iuvat immemorata ferentem*
Ingenuis oculisque legi manibusque teneri.
,,Hoc vel ad Archilochum refertur multa obscoena dicentem,
,,vel ad Lucilium qui aeque multa princeps (al. *deinceps*)
,,spurca composuit."

Cassiodorus de Orthographia. p. 2285.

69. Q. littera tunc recte ponitur, cum illi statim u littera et alia quaelibet una pluresve vocales coniunctae fuerint, ita ut

una syllaba fiat: cetera per e scribuntur. Hoc Lucio (l. Lucilio) quoque videtur.

Pseudo-Asconius Pedianus in Div. p. 116 Ed. Bait.

70. Incipiebant autem Veteres — aut ab invocatione deorum — aut reprehensione superioris temporis, ut ait Lucilius: Vellem cum primis etc. cfr. L. 1. fr. 2.

Vet. Interp. ad Hor. S. I. 10. 50.

71. *Nil comis Tragici mutat Lucilius Coni.*
Comis autem Lucilius propter urbanitatem dicitur et mutat pro eo, quod emendat positum est: facit autem Lucilius cum alias, tum vel in tertio libro et nono et decimo.

Laur. Lyd. Magistr. P. R. I. 41.

72. *Ρίνϑων ἐξαμέτροις ἔγραψε τὴν κωμωδίαν ἐξ οὗ πρῶτος λαβὼν τὰς ἀφορμὰς Λουκίλιος ὁ Ρωμαῖος ἡρωικοῖς ἔπεσιν ἐκωμώδησε· μεϑ᾽ ὃν καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν, οὓς καλοῦσι Ρωμαῖοι σάτυρικοὺς, κ. τ. λ.*

Varro de R. R. III. 2. 17.

73. Nonne item L. Albutius, homo (ut scitis) apprime doctus, cuius *Luciliano* charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus semper vinci a villa?

Varro L. L. V. §. 17.

74. A qua bipartita divisione Lucilius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc:
Aetheris et terrae genitabilae quaerere tempus
Sed Codd. *Lucretius*. Scal. coni. *Lucilius*.

Varro L. L. V. 138.

75. Pilum quod eo far pinsunt; a quo ubi id fit, dicitur, pistrinum (L et S saepe inter se locum commutant). Inde post in urbe Lucilii *pistrina* et pistrix.

Velius Longus p. 2227. Ed. Putsch.

76. Nec aliter apud Lucilium legitur in praepositione *Per*.

Auctuar. post Com. Cruq. p. 689. b. ad Hor. Od. I. 22.

77. „Liber Lucilii decimus sextus Collyra inscribitur eo quod de Collyra amica sua scriptus sit."

(Sed pro Lucilii in Edd. vett.: *Lucii sextus decimus*, et in Edit. Fabricii: *ita liber sex. Decii Collyra inscribitur.* et cfr. Priscian. III. 2. p. 108. Ed. Krehl: *Lucilius in XVI. ad Fundium* ubi solus Cod. Heidelb. lib. XIV. tuetur.)

Schol. ad Hor. S. II. 1. 17.

78. Ut Lucilius Scipioni fecit, qui vitam eius privatam descripsit, Ennius vero bella.

Marius Victorinus p. 2472. Ed. P.

79. Videtur plurimis esse quintus communium syllabarum modus, qui apud Lucilium et veteres multos est frequentatus, ut correpta vocalis desinat in s et excipiatur ab alia consonanti vel vocali loco consonantis posita.

Beda de Orth. p. 2373. Ed. P.

80. Fortunatus: *Vincenti Hispaniae surgit ab arce decus.* Cuius scansio versus pars est praefati, nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui *Lucilium* et *Aemilium* etc. nomina, quae i ante n habent, non solum in vocativo sed etiam in genitivo casu per unum *i* scribi posse existimavit.

Terent. Scaurus. p. 2255.

81. Lucilius in IX. satirarum de orthographia praecipiens etc.

Velius Longus. p. 2214.

82. Apud Lucilium in nono, in quo de litteris disputat.

Aul. Gell. N. A. VII. 3. 28.

83. Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, recte inquit, hoc vitio dat Lucilius poetae Euripidi, quod cum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante de

nece eius consilium cepisset, Meropa fratris uxor, hisce eum verbis eluserit:

εἰ γὰρ σ' ἔμελλεν ὡς σὺ φῂς κτείνειν πόσις,
χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ἕως χρόνος ἦλθεν παρῆν.

At hoc enim, inquit, stultitiae plenum est, eo consilio atque eo fine facere velle aliquid, uti nunquam id facias, quod velis.

Serv. ad Aen. X. 532.

84. *Parce* autem est secundum antiquos *serva*, ut apud Lucilium et Ennium invenitur.

Quinct. I. 7. 19.

85. In iisdem (scil. substantivis primae declinationis) plurali numero E utebantur, hi *Sullae. Galbae.* Est in hac quoque parte Lucilii praeceptum: quod, quia pluribus explicatur versibus, si quis parum credat, apud ipsum in nono requirat.

Quinct. I. 7. 15.

86. Diutius duravit ut *e*, *i* iungendis eadem ratione qua Graeci *εῖ*, uterentur; ex casibus numerisque discreta est, ut Lucilius praecipit: etc.

Quinct. IX. 4. 38.

87. Quae fuit causa et Servio, ut dixi, subtrahendae *S* litterae, quotiens ultima esset aliaque consonante susciperetur. — Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima cum dicit. *Serenu' fuit* et *dignu' locoque* et Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos.

Isidorus I. 22. 5.

88. — Lucilius centum genera soloecismorum dixit.

Isidorus XIX. 30. 1.

89. — haec (scil. corona) a Lucilio *corolla* ab Homero *στεφάνη* dicta est.

Aul. Gell. II. 24. 4.

90. Hanc (Fanniam) poeta legem significat cum dicit:

Fanni centussis misellos.

In quo eraverunt quidam Commentariorum in Lucilium scriptores etc. et paulo post §. 10. Lucilius quoque legis istius (Liciniae) meminit in his verbis etc.

Aul. Gell. IV. 16. 6.

91. Sicut Lucilius in eodem casu (scil. dativo) *victu* et *anu* dicit, non *victui* et *anui* in hisce versibus.

Aul. Gell. IX. 14. 21.

92. In casu autem dandi, qui purissime locuti, non *faciei*, ut nunc dicitur, sed *facie* dixerunt. Lucilius in Satiris: etc.

Aul. Gell. XVI. 5. 6.

93. *Vescum* autem, quod ex *ve* particula et *esca* copulatum est, utriusque diversae significationis vim capit. Aliter enim Lucretius *vescum salem* dixit ex edendi intentione: aliter Lucilius vescum appellat cum edendi fastidio.

Aul. Gell. XVII. 8. 1.

94. *Ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα* ceteraque huiusmodi scitamenta — quam sint insubida et inertia et puerilia, facetissime hercle significat in quinto satirarum Lucilius. Nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viserit, etc.

INDEX

Fragmentorum Lucilianorum.

A.

B.

C.

D.

E.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

INDEX HISTORICUS.

INDEX GRAMMATICUS.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

MANTISSA CONIECTURARUM

ATQUE OBSERVATIONUM.

Cum iam in conquirendis Lucilii fragmentis praeclara hominis doctissimi, Laurentii Lerschii, industria adiutus fuerim, nuper hominis acutissimi, Henrici Duentzeri, accessit liberalitas, qui, cum omnes plagulae ab operariis typis exscriptae essent, ad me collectionem coniecturarum et observationum transmisit, quam ut in calce libri adiicere liceret, vix a modestissimi hominis pudore impetrare potui. Sed gratum me omnibus facturum esse spero, qui in iisdem studiis versantur, quod eas integras publici iuris fecerim; nam, etiamsi non omnia omnibus probantur, tamen hoc est certissimum, variis hominum doctorum coniecturis viam ad verum inveniendum muniri; meis quidem coniecturis hanc certe laudem paratam esse existimo, ut Ennianum illud recte dicatur: *qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.*

Quare integrae Duntzeri coniecturae et observationes exscriptae sunt, non omissis, si qua lectio iam a me erat recepta: Fr. inc. 9. corr. *Emathium*; 47. *neque numina sacra* 62. ut *noster* dixit. 65. *idcirco istaec* res cordi est 66. Sane ego a Metelli *Roma* tum rep. m. (*Metelli Roma* Hermanno accepta refertur.) 92. *campohippos*. 116. Myconia.

Lib. II. fr. 3. pro *ducto* corr. *subductoque*. V. 19. pecus simum rostrique repandum. VI. 5. θαυμαστῶς (sive θαυμασίως) inquit Balba sororem Lanificam dici siccam atque a. u. a. VI. 15. cinerarius *clamat*. X. 1. *bonorum* est iudicium *grave sic — rogemus*. X. 3. Crassi *Panaeti* sive *Pataeci*. filio enim Lucii Cottae cognomen *Crassus Panaetius* erat. XI. 4. *unam*. meretrices enim intelligendae sunt. XV. 4. *nanciscebatur* febris. XX. Tortellius s. v. *chlaena:* Ut Lucilius lib. XX. a Parthenio inducitur, qui dicit: *Chlaenam desuper indutam foedavit.* quod pro novo fragmento habendum. XXVI. 73. doctior quam ceteri, *quas amittas, mutes aliquo sartas tectas divitias*. XXVI. 14. *popularibus* scriptoribus. XXVII. 34. *certissime* ad me r XXVIII. 7. Socratium *quadrantem*. XXVIII. 34. tantis *exemplis* mentes ad sidera tollent.

I. 29. Verba: *O curas hominum! o quantum in rebus inane est!* quae ex Lucilio hausisse Persius putatur, ex oratione Iovis sumta esse

videntur, quam in deorum Concilio habuit. cfr, Hom. Od. I. 32. Stat. Theb. I. 214. minus recte pars introductionis esse putantur — ad lectionem *acharnae* L. I. 13. confirmandam conferri iubet Schubert Nat. Hist. III. 383. sqq. I. 15. ad *Ιξιονίης ἀλόχοιο* cfr. Il. ξ. 315. sqq. ad I. 25. cfr. Horat. Ed. Duentzer III. 130. Lib. II. 14. *Nomentanus* h. l. non propter luxuriam perstringitur. Quem enim laudat Horatius eiusdem nominis hominem, haud dubie tum in vivis erat. Quare apud Acronem ad Hor. S. II. 1. 22. nomen *Lucilius* delendum: scholiasta enim potius primum librum Horatii Sermonum significasse videtur.

L. II. 8. verba pueri meretricii esse iudicat. L. III. 28. de molestiis intelligit, quas Lucilius in caupona, fortasse in ipso lecto pertulerit. L. IV. de luxuria et de vitiis divitum agit et fr. 5. ad Scipionis et Laelii verba pertinet, qui vulgares cibos ioci causa res ad epulandum exquisitissimos nominabant. fr. 14. corr. *Tisiphone tenuit — atque adeo* unquam. 15. emendat: *nam tu pessulum et hunc vectem poscis cuneo ipso* et obscoeno sensu dictum putat. fr. 19. Salmasii lectionem *subiicit* probat, sed in fine *aeris* pro *addit* emendat. Librum quintum de malis agere iudicat, quae homines sua ipsorum culpa sibi contrahunt. fr. 10. coniecit: *verum unum cecidisse tamen nunc.* fr. 19. pro *iussit* emend. *simum.* fr. 28. cfr. Tortell. v. *scutulata.* Lib. VI. de animi tranquillitate et constantia agit. fr. 6. verba ita seiungit atque emendat:

Si hic vestimenta
Elevit luto, risum magnum atque cachinnum
Imprudens subicit.

fr. 7. ita interpungit: Qui te, bonus, Iuppiter, inquit, Crasso Mutius, coenae te dominum fore. *bone Iuppiter* apud Persium legitur. II. 22. sed ea quoque verba interpungendo seiungit. fr. 12. pro *sortiri* emendat *potiri.* fr. 16. legendum *tuapte.* fr. 17. ci. *qui equum emit, vendit musimonem.* fr. 18. verba transponenda: *Invadere enim.* Lib. VII. de voluptatibus libidinosis. ad. fr. 1. cfr. Heinrich ad Iuv. p. 272. ad fr. 20. cfr. Caelius Rhodig. fr. 22. fortasse: *Hic meus est Macedo, si Macro longius fi.* Lib. VII. de illecebris meretricum; inscriptus esse videtur *Fornix.* fr. 5. cfr. Hor. S. I. 2. 125; 9. *Hibera insula* ci. 10. sensu obscoeno. Lib. IX. De Orthographia. Ad hunc librum versum Ennii ap. Virg. Aen. IX. 602. pertinere iudicat; in eodem verba Cresphontis apud Euripidem. cfr. Welker de Graecis Tragoediis p. 836. ad fr. 17. cfr. Iuv. IV. 140. Lib. X. de vera virtute. initium libri versus ex fr. incertis 1. sqq. fuisse videntur. ad fr. 4. cfr. Varro ap. Non. s. v. faselus. fr. 7. de solemni sacrificio a Consule facto intelligit. Lib. XI. de administranda republica. fr. 13. fortasse ad id spectat, quod a Quinto Aelio Tuberone factum fuisse Val. Maximus narrat VII. 5. 1. Lib. XIII. De luxuria et de legibus sumptuariis. huc pertinent fr. inc. 46. ubi *convivia* Opimi emendandum. fr. 132 et 133. Lib. XIV. de ambitione. fr. 3. fortasse legendum: *privus.* fr. 7. nam vetus ille Cato quemcunque lacessit

aperte. Quod non conscius ipse sibi. fr. 8. *Rhodum* ex *ego* ortum esse coniicit. Lib. XV. veram animi tranquillitatem contra Stoicorum praecepta defendit. fr. 9. *ter sextae* aetatis sane anno. Lib. XVI. Horatius in Epistolis I. 14. imitatus est. fr. 3. vs. 2. *de magis istis* vs. 3. *nec esse.* Lib. XVII. de quaestu inhonesto. fr. 6. *si vendo*, *Laverna*. Lib. XVIII. de avaritia. cfr. Hor. S. I. 1. item Lib. XIX. fr. 10. cfr. Hor. S. II. 3. 104. Lib. XXI. apud Varronem V. 17. 112. emendo: Lucilius unius et *vigesimi libri*. qui quidem liber initium alterius carminum corporis fecit, in quo initio varia poesis argumenta enumeravit, quibus saturas suas opposuit. Lib. XIX. fr. 14. manifesto Tetrameter trochaicus est; verba ita emendanda: Cupiditas homini, cupido ex stulto nunquam tollitur. XXIII. 1. cfr. Hor. S. II. 6. 66.

Lib. XXV. *Cumano* ex dittographia ortum esse videtur: pro *pane* fortasse rectius *fame* legitur. Lib. XXVI. Multa fragmenta quae Ianus Dusa pedestri oratione scripta existimavit, Tetrametri Trochaici sunt. argumentum quod attinet, de animi tranquillitate agere videtur poeta. fr. 6. Publicanum se fieri velle negat poeta, ne placidam et quietam animi constantiam perdat. fr. 10. *curate* initio secundi versus ponendum. fr. 13. ita disponit:

Si misereantur se ipsis, vide
Ne illorum causam superiore loco collocaveris.

fr. 14. Nunc itidem popularibus scriptoribus. fr. 27. ego qui nunc sum. fr. 32. pertinet ad Comitia centuriata. fr. 35. vel vitae vegrandi datur. fr. 38. ex Hymnide Caecilii Statii versus esse videtur. fr. 40. ad Graecorum classem pertinet. fr. 43. pro *ruderum* fortasse *munerum* legendum. fr. 47. ci. malis esse lautum, e mensa pura capturus cibum. 49. evitandum cfr. Pers. V. 107. ubi melior lectio itidem sic habet. 51. *quod id intelligebam* fieri posse, haud. 53. pro *publice* fortasse *publicanos?* 55. animo qui aegrotat, videmus. 56. Pompilium, facta. 57. Fulgurum exactorem Albanum sive vanum. 59. praedicare [omnia]. 60. quando repperi nil magnum. 61. coniugem infandum. 62. verba Minervae sunt; fortasse *protrahatur* emendandum est. 67. cfr. Lucan. IX. 729. 68. verba Thersitae sunt. 69. ad Philoctetem spectare videntur. fr. 74. cfr. Horat. Ed. Duentzer L. III. p. 458. fr. 75. versus Plautinus. fr. 78. trado ergo alias minimo pretio.

Lib. XXVII. A malignitate, quam publicani ei obiecerant, se defendit.

fr. 1. In bonis porro est viris, si irati seu propitii
Sunt, ii diutius eadem una maneant in sententia:
Non benignitate et odio sollicitantur proposito.

fr. 3. idem atque illi. fr. 6. nam haec quidem — neque re alia in ulla. fr. 7. deiiciunt eorum. fr. 9. contra ille. fr. 10. delet *sic* et *petimus*. fr. 14. *iam* delendum aut *vester iam* legendum. fr. 15. quid non, ferre. fr. 19. tantum verruca. fr. 20. ille ut. fr. 21. mariti verba sunt. fr. 23.

usura — adiutatur. fr. 25. legum facundus orator. fr. 27. si facies praestat corpore. fr. 33. *quum* non solam. fr. 36. *qua sibi* sive *sua*. fr. 37. nam quanti vellet canicas. fr. 40. exploratorem. 42. an centum.

Lib. XXVII. fr. salvo tergo. fr. 3. Polemoni, quem amasse dicunt, transmisit suam scholam. fr. 6. vatrax et varicosus. fr. 8. atque adeo. fr. 9. *si* ante *hinc* delendum. fr. 12. cfr. Stat. Silv. IV. 7. 37; quo ex loco fortasse emendandum: nullo honore, nullo fletu, nullo funere. fr. 13. censeo. fr. 14. atque ut ex hac aerumna exeat. fr. 18. pro *ut nego* fortasse legendum: *Harpago*. fr. 19. *Adde eodem, quod* tu tristis. fr. 21. nam mendacia. fr. 29. te *abstinueris* a viro. fr. 30. dele: *operam*. fr. 36. nunc *vero* adol. fr. 40. fulmentas lectis aeneis subducere. fr. 43. ut te litteras doceam; lutum pro convicio. fr. 44. libri XXVII. esse videtur, ubi scena ex comoedia Statii Caecilii laudata esse videtur ut ap. Hor. S. II. 3. ex Terentio; ap. Persium s. v. ex Menandro. fr. 46. in summum lectum ierat Demaenetus.

Lib. XXIX. fr. 1.

Non deerit: ἄρχαις hominem et στοιχείοις simul
Privabit, cum igni et aqua interdixerit, duo
Στοιχῖα habet; non habuerit, privabit tamen.

fr. 3. quantum est inter humanum genus caelumque inter se. fr. 4. Apollinis nomen te antiquis. fr. 8. vs. 4. nam signat nihil, quod amaret. fr. 16. qui te poscente minus praebebunt. fr. 23. schemate ut aut. fr. 25. *pedes legit* initium secundi versus. fr. 27. versus ut saepius apud Nonium dittographia corruptum: Nunc tu contra venis, qui in nuptiis esse sine pernicie. fr. 29. invenisset hoc. fr. 31. uno eodemque. fr. 32. ducat aerisque alieni simul. fr. 33. cum a solo Philoctete dici posse videantur, coniicio: Hydri morsu non mortifero. fr. 35. in me illis spem esse omnem, quovis posse me emungi bolo. fr. 39. indignus. 44. tum illud epiphonema, quod etiam nunc nobile est. fr. 51. paulisper mecum iam edit se. fr. 55. quid quas opes partiret ipse pro boni [Doctrina]? fr. 58. hoc se exuat. fr. 65. insultat te quoque Muti. fr. 66. haec ab Agamemnone dicta puta cfr. Hom. Il. ἀ, 31, fr. 68. dissociat, quae. fr. 72. Cum viderim | Vitae meae epiteugma velli longe opera ante alia omnia.

Lib. XXX. totus hic liber versibus dactylicis scriptus esse videtur. ubi metrum non convenit, fortasse liber XX vel XXV intelligendus est. 6. quum vultu. 9. tum endo polo. 11. aut causam mihi commentavi, ut quae apud aur. 15. sic ubi ad aures fama tuas pugnam claram alata dicasset. 17. depellas — damnes pro *deuras*. 19. 20. duo diversa fragmenta sunt. 21. inductum, incautum, stolidum. 22. hic ut muscipulae tentae humi, ut scorpius cauda s. 24. Ut te mihi. 25. stabulisque *sive* stabulique. 29. ut perciperet. 35. quia quae speciem vitae esse putamus. 36. non (haud) secus ac medio lustro. 39, quodque. 42. Clauda non est pedibus curiosis mensa Libano cfr. Iuv. III. 203. 45. versus

dittographia corruptus; quare legendum; illis simituque. 56. virtutique tuae haec artis m. l. 59. parcere possum. 63. publica [acc. plur.] legitime ut. 64. accipiunt leges, populus, qui legibus exlex. 65. operata. 70. praetendit labra, delicit et d. o. 71. si sensim nutricatum c. o. i. 73. *curati a coquis* libro vigesimo quinto adnumerandum. 77. populi his aures et p. r. 78. *delicietque* in fine fragmenti ponendum. 80. licentia frena remisit. 83. Omnes formosi fortesque: ergo improbus es tu" pertinet hoc ad matrimonia cfr. Menander ap. Athen. XIII. 8. (p. 559). 86. pertinet ad Priapum, qui furibus mala minatur. l. *mutonis manu*. 88. *canino ritu oculisque illa involet;* nisi forte *involet* initio versus sequentis positum erat. 91. aptos. 94. ne quis te ignaro famulus subducere possit.

Fr. inc. 6. Tempus qui torquet et ipse | Oti et deliciis Licino scurrae atque cinaedo, sectatori adeo ipse suo.

fr. 9. vs. 3. ad versum explendum. C. Fr. Hermann. ci. tecum quam invisus lavabor. fr. 15. cfr. Cael. Rhodig. X. 56. fr. 24. vs. C. Fr. Hermann. ci.:

Quare divinas quicquam quod quaerere debes
Aut si scis quale est, scire hoc de te cupio ipse.

sed Duentzerus alterum partem versus prioris ita emendat: aut non quaeris id ipsum.

fr. 25. Id me scire volo, dicit mihi conscius esse,
Ne damnum faciam. Scire hoc se nesciat, hoc ni
Scire alios scierit.

fr. 26. Cum ad me cubitum venerit
Sponte ipsa est suapte adducta ut t. e. c. r.

fr. 27. Pelliculae imposuique pedem.

29. velut olim auceps ille facit de improviso" nisi forte Lucilius scripsit: cum improvisa. 38. *Honesta* nom. 67. collo caput | Sustentatur. 73. Amplexetur quem velit. 87. fragm. Livii Andronici p. 93. Ed. Duentz. Osann. in Zimmermanni Diario 1836. 975. fr. 124. est fortasse ex libro XVI. cfr. Hor. Ep. I. 14. 4. Horat. Ed. Duentz. III. 419. Prudent. in Symm. II. 1042. 140. cfr. Tortell. s. v. *Calendae*.

His quidem observationibus pauca addere libet, ut et iustum laudis praeconium tantae Duentzeri humanitati tribuam, et quam ego quidem rationem in Lucilianis fragmentis edendis secutus sim, paucis exponam. Homo ille doctissimus iam diu consilium agitavit fragmenta Luciliana in vernaculam vertendi; unde facile est ad intelligendum, eum id utique spectasse, ut et versus et sententia integra esset, et ut, in quantum fieri posset, metri ratio haberetur. Quod quidem eius consilium qui considerant ii non possunt, quin multa ab eo acute et docte coniecta esse concedant, et saepius ingenii solertiam atque praeclaram eruditionem mirentur. Alia fortasse iisdem minus necessaria, alia supervacanea videbuntur; sed in eius modi rebus suum cuique est iudicium. Imo

nobis ipsis alio tempore alia videntur meliora, nedum omnium idem de coniecturis et constans sit iudicium. quod igitur raro fit, ut coniecturae praesertim audaciores omnium hominum doctorum assensum ferant, inde non sequitur illas parum acute excogitatas aut minus concinnas esse. Iam me ipsum quod attinet primum gaudeo, me locis non paucis tecum consentire, etsi aliis locis meum utique iudicium sequi malui. Sed meum non fuit, omnia loca corrupta sanare, et totum Lucilium in integrum restituere. Haud minus facile ex paucis fragmentis tota carmina conficias. Saepius satis habui in locis corruptis integram lectionis varietatem atque hominum doctorum coniecturas exscribere et omnia in integro relinquere, ita ut liberum cuique esset iudinium. Metri non semper habui rationem quod mihi quidem nondum satis compertum esse videtur, quantum Lucilius in iambicis potissimum et trochaicis versibus sibi licere putaverit. Sed a coniectandi licentia et a versibus supplendis saepe me prohibuit cogitatio, singulorum versuum sensum saepius non ex paucorum verborum continuatione sed tantum ex totius carminis argumento posse intelligi. Quare hac de re pauca addere placuit, si de singulorum librorum argumentis accuratius agerem. Quam quidem rem tu et ipse tetigisti nimis oscitanter tamen, ut singulis verbis nimium tribueres. Hariolari quidem et hallucinari in talibus quam pronum sit, facile inde colligi potest, quod de iisdem libris jam diversissimae propositae sunt sententiae. Neque aliter fieri potest. Quodsi enim statuimus, casu accidisse, ut ex prima satira Horatii Lib. primi non amplius viginti versus laceri reliqui essent, quantam molem coniecturarum acutos et ingeniosos illos interpretes, qui nihil non intelligunt, ex paucis illis reliquiis effecturos tu ipse existimas? Multis verbis docerent, poetae ingenium ita fuisse comparatum, ut in primo carmine, quod ad Maecenatem scriptum erat, utique de natalibus suis sibi agendum esse putasset. Alius autem exsisteret, qui ex ipsius saturae natura atque indole hoc efficere posse sibi videretur, ut primo quidem carmine omne vitiorum genus in universum notaretur, quae singula in singulis carminibus illustranda sibi seposuisset. Sed ne in his quisquiliis enarrandis tempus teramus, placet unam ex tuis coniecturis paulo diligentius examinare, ut mei iudicii diversitas tibi si minus probata, certe satis sit explicita. Lib. II. fragm. 14. Donatum ad Ter. Phorm. I. 2. 73. secutus, mecum statuis, Lucilium Nomentani mentionem in saturis fecisse. Ipse aliis quibusdam rationibus ductus, alterum versum Horatianum: „Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem" ad Lucilium spectare statui, quippe quo hoc poesis genus in universum declaretur. Tu autem primum negas luxuriam Nomentani a Lucilio fuisse notatam; quod quomodo ex hoc fragmento colligere potueris, me non satis intelligere ingenue profiteor. Primum ipsum fragmentum non incorruptum esse Dusa statuit. quod ut concedam, tamen ne ipsius quidem coniecturâ sententia mutatur. et omnia sana esse putaverim, si una tantum littera mutata lectio versus ita constituatur: „qui

te Nomentane! malum, iam caetera perdant!" quibus verbis nulla quidem luxuriae nota inest, sed multo minus illa exclusa est. Iam vide, ne audacius de veterum Grammaticorum testimoniis, quos solos auctores sequimur, detrahere videaris, si apud Donatum nomen Nomentani admittis, apud Acronem idem reiiciendum esse existimas. Quin imo, hoc mihi ab Horatii persona alienissimum esse videtur, ut nomen hominis, vitii cuiusdam causa a Lucilio notatum et hominum sermonibus celebratum, ad mores plane diversos transtulerit.

Aut igitur utriusque Grammatici testimonium reieciendum, aut utrumque adprobandum est. Iam tu ipse mihi concedes apud Horatium quinque locis Nomentani nomen in vim proverbii abiisse S. I. 1. 103 II. 1. 22. S. I. 8. 11. II. 3, 175. 224. restat sola satira octava libri secundi, ubi Nomentanus inter convivas enumeratur, quos Maecenas secum ad Nasidienum adduxerit; qui et ipse delicatioris cibi peritissimus fuisse videtur cfr. Hor. S. II. 8. 25. quem locum si quaeris, quomodo intelligam, statuo Maecenatis comitem in honorem veteris Nomentani, propter similitudinem morum eodem nomine appellatum fuisse.

Difficilius etiam est fragm. II. 11. quem locum emendare tibi visus es; si *tenuit* — *atque adeo* reponeres. quae coniectura quid ad hos versus illustrandos faciat, me non intelligere fateor. Primum hoc mihi manifestum esse videtur, tractari sive irrideri locum aliquem ex tragoediis. Huic enim poesis generi maxime convenire videtur talis furiarum procuratio; nisi quis Ennii fragmentum intelligi malit. Iam furias insidere n hominum visceribus non alienum est. cfr. Virg. Aen. VII. 374. „Penitusque in viscera lapsum serpentis furiale malum, totamque pererrat." Quae si quis respexerit, facile lectionem *residet pul.* probaverit. *tenuit* ferri posset, si inter hoc verbum et pulmonibus interpungeretur. Sed tum plane ignoratur, quid verba *Tisiphone tenuit* sibi velint. Quae si pars sententiae sequentis sunt, arctius cum illis iungenda sunt. Hoc Rothius assequi sibi visus est, si *Tithene* reponeret. quod nomen, quomodo cum illius natura et munere consentiat, non satis manifestum est, etsi ductus litterarum proxime ad scripturam Codicum accidunt. Iam si *unguen* non retinendum est, facile alicui in mentem veniat *anguem* corrigere cfr. Virg. Aen. VII. 346. „Huic dea caeruleis unum de crinibus anguem coniicit." cfr. Ovid. Met. IV. 497; sed huic coniecturae non satis respondere videtur, quod mox sequitur, *excoctum.* Igitur aut hoc quoque emendandum, aut *unguen* retinendum est. Mihi quidem succurrit, hoc loco describi venena vel valida medicamina, quae Tisiphone in perniciem alicuis miscuerit. Iam si quis consideraverit, a Pacuvio fuisse conscriptum Armorum iudicium, Duloresten, fortasse Medeam; ab Attio Aegisthum, Alcmaeonem, Armorum iudicium, Medeam, Clytemnaestram, Philocteten in omnibus his tragoediis tali descriptioni locus fuit, ut furor aut Aiaci aut Oresti iniiceretur, vel venenum perniciosissimum coqueretur. Cui varia admixta fuisse facile ex Ovidii loco Metam. L. VII. vs. 260. intelligitur.

Non negaverim esse quoque quandam verborum similitudinem cum *fame*, qualem Ovidius describit; possunt etiam conferri, quae idem de *Invidia* habet. Metam. II. 767. sed haec tamen omnia longius absunt, et magis inclinat animus, ut ad venena mixta et ad furorem a furiis iniectum haec verba referam. quodsi autem lusum ingenii potius quam veritatem vel verisimilitudinem certe sequi placet, *Tityi* emendandum puto; qua quidem emendatione indomitam quandam libidinem exprimi et pulmones pro iecore positos aliquis dixerit. ad verba *Eumenidum sanctissima* cfr. Virg. Aen. 3, 252; 6, 605. *Furiarum maxima.*

Aliam coniecturam proposuisti Lib. XV. 4. ubi Codd. monstrum lectionis *naresibiai* exhibent. pro hoc tu reponis: *nanciscebatur,* quo sensu nescio; vix enim adduci possum ut putem, te hanc verborum structuram admisisse, ut *febris nanciscitùr multos* coniungeres; sed vide si meem coniecturam admittis, quam bene omnia inter se cohaereant. Loquitur poeta, ut opinor, de inimicitiis quas sibi Saturis conscribendis conflaverit. Inducit igitur loquentem Trebellium nescio quem, eundemque de iniuriis sibi illatis et de animi doloribus, quos inde conceperit, conquerentem facit. *febris* — *pus* varia malorum genera significare existimo. qui aliter interpretantur, haec ad homines referunt, quos his conviciis significaverit poeta. Erat sane in quo offenderes; nam pro *Lucios* quod est in Codd. *Lucilios* emendatur eiusque vocabuli metrum non magis quam in *Titos* servatur; praeterea in fine verba transponuntur. haec omnia offendunt, et quamvis multa Lucilio permiseris tamen nescio an haec ferenda sint. Quare aut de metro restituendo desperandum aut audacius coniectandum est: Quae si consideraveris fortasse totum locum ita scribendum putabis:

In numero quorum nunc primu' Trebelliu' muto
Ille Titos Lucios ait arcessisse sibi iam
Febris, pus, senium, vomitum.

sed fortasse praestat intacta omnia in talibus relinquere, quam intempestivis coniecturis omnia conturbare. Satis habui tibi ostendisse, multa facilius inveniri in aliorum coniecturis, quae reprehendas, quam hunc locum ita emendare, ut omnium assensum feras.

Lib. XXVI. 73. emendasti: *doctior quam ceteri, quas amittas, mutes aliquo sartas tectas divitias*" locus haud dubie difficillimus, quem iam antea homines docti variis coniecturis tentarunt. Et prior quidem pars versus sana esse videtur, nam *doctior quam ceteri sis,* facile ex omnium Codd. lectione eruitur et syllabam *as,* quae praeterea in libris est, pro dittographia habuerim, nisi quis est, qui pronomen *eas* vel Ennianum *sas.* quod pro *eas* positum fuisse Verrius Flaccus auctor est, reponere velit, quod quorsum pertineat, vix aliquis dixerit. tu paulo audacius *quas* inde effecisti idemque: *sartas tectas divitias* emendasti. Iam *sartum tectum* pro integro dici potuisse bene quidem Plauti locus Trin. II. 2. 36; „sarta tecta tua praecepta usque habui mea modestia." ita ut

etiam divitias, ab homine avaro summa cura custoditas recte aliquis *sartas tectas* dicat: sed quid sit *divitias mutare* i. e vendere vix intelligam. Contra in locutione *sacra facta vitia* non est quod offendas; sunt enim vitia intelligenda, quae ita inveterata sunt, ut pro sacris habeantur; mutare est in alium locum transferre cfr. Ovid. Ep. ex Ponto. I. 1. finn. inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu" haec igitur sententia scriptoris est: Noli aliorium imitari stultitiam, qui vitia, quibus asueverunt, mordicus tenent. Quo sensu si haec verba accipimus, *tecum* adeo retineri potest, quia vitia, quae alicui inhabitant, significantur. tu mihi fortasse oppones, eo sensu vel ipsas divitias dici posse mutari, i. e proiici," sed cum mutare merces, aurum et alia eiusmodi sensu proprio usitata sint, vix haec ita dici posse putaverim. Accedit Codicum auctoritas, quae in quantum fieri potest, interpreti tuenda est.

Lib. XXVI. 14. tu pro *populo* emendas *popularibus;* quo consilio nescio; verba enim tam abrupta sunt, ut vix constituas, quid sibi poeta voluerit; mihi quidem optimum esse videbatur verba seiungere, ita ut hoc dictum esse videatur; hoc quidem et populo gratum et scriptoribus; quo nomine ut *scribarum* apud Festum omne genus litteratorum hominum significatum esse putaverim; id igitur agamus vel egi, ut animos eorum mihi conciliarem; quod in aliquo prooemio, ubi de suo scribendi consilio exposuit, dici potuit. *popularibus* quod tu posuisti mihi hanc ob rem improbandum esse videtur, quod populares scriptores illo quidem tempore fuerunt nulli, nisi forte ipsum Lucilium excipis, qui primus in hoc scribendi genere insignem laudem adeptus est. De metro nihil certi statuere audeo; versus dactylici esse videntur, sed non integri sunt; in fine addiderim *aequum,* ad versum explendum fortasse etiam *voluimus* rectior tuemur: tum totus versus ita scribendus:

Nunc itidem populo iustum et scriptoribus aequum;
Voluimus capere animos illorum.

Sed sequentia metrum dactylicum respuunt et proprius ad iambicum accedunt: ita fluctuat animus, et metricam rationem in medio relinquo.

Cur Lib. XXVIII. 7. *Socratium quadrantem* emendaveris, assequi non potui. Referes haec ad Aristippum apud Dionysium diu comorantem, et memor, clientes a patronis sportulae loco quadrantem accepisse, fortasse ludibrii causa hunc nummum ab Aristippo Dionysio missum esse statues. Praeterea quadrantem et alias apud Lucilium occurrere mihi obiicies. Haee omnia tibi concedo, sed etiamnum lectionem Codicum retineo. Quid enim quadrans Socratius sibi velit, non intelligo. Tu fortasse ὄβολον ita dictum putas. Sed quid hoc ad Aristippum? Sed num *Socratium* pro *Socraticum* dicere liceat, nescio. Comparet aliquis *Ionius* et *Ionicus* et quod et ipsum apud Lucilium occurrit: *Emathium; Pelasgus* et *Pelasgicus, Perseus* et *Persicus,* et quae alia id genus passim laudantur, sed nusquam me hunc formam legisse memini. Iam *Socratium quid* intellexeram esse fere idem, quod chartae

Socraticae, sermones Socratici, quorum apud Horatium mentio fit: Hanc igitur totius loci esse sententiam putavi, ut Aristippum, antequam Dionysium ab eo invitatus, coram accederet, pauca transmisisse, ut ille intelligeret, quid ille potissimum in vita sequeretur. Fragm. inc. 46. pro *concere Opimi* reposuisti *convivia*, metricis potissimum, credo, rationibus ductus. Nam sensum non impugnabis; *congerrae* enim pro *convivis* recte dici posse, nemo dubitet. Sed ego hoc loco Lucilium Graecorum metricam legem secutum esse existimo, qua diphtongi sequente vocali corripiuntur. quod in compositione factum esse nemo nescit, ut notissima exempla *praeacutus*, *praeustus*, *praeit* satis comprobant. Iam *convivia legem videre* Latine dici posse non negaverim, sed videsis, ne talis loquendi ratio nimis longe a Luciliana simplicitate recedat.



ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 2. n. in ima pagina col. 1. l. *periurus* pro *perurius*.
— 3. n. l. 4. col. 1. ab imo l. *dictam* pro *dictum*.
— 3. l. 6. col. 2. in notis l. *nota* pro *vota*.
— 3. n. l. 3. col. 2. ab imo l. *erant* pro *erunt*.
— 5. lin. not. col. 2. l. 9. l. *eum* pro *enim*.
— 6. n. col. 2. l. 5. l. *carpsit* pro *curpsit*.


Ad p. 7. fr. 11. rectius fortasse alterum fragmentum adponendum erat: *homo impudicus et impune est rapinator.* metrum quidem in utroque claudicat, quod plane incertum est; dactilicum ut efficiatur, ita aliquis corrigat: *impuratus homo est, impuno, atque rapister;* alterum v. autem ita emendaverim: „*impudicus homo est impune; et rapinator.*"

P. 13. nott. col. 1. l. 5. ab imo l. *Charisii* pro *Charsii*.
— 13. n. col. 2. l. 8. ab imo l. *coniectura* pro *coniecturia*.
— 14. n. col. 1. l. 7. ab imo l. *iunxerant* pro *iunxerent*.
— 15. n. col. 1. l. 13. l. *bisyllabum* pro *bisyllabam*.
— — — l. 15. l. *nix* pro *uix*.
— 16. n. col. 1. in ima p. l. *mammosam* pro *mammosum*. l. l. col. l. 2. *papillas* pro *papillus*.
— 18. n. col. 2. l. 9. l. *visire* pro *vidire*.
— 25. fr. 21. hic versus est ex lib. IV. fr. 8. vs. 6. neque erat iterum typis exprimendus.
— 40. fr. 8. verba: [*ut nemo — dicere*] cum Lucilii esse vix possint, quippe in quibus ne ullum quidem rhythmicae orationis vestigium deprehendatur, potius ad Ciceronem auctorem referenda quam Lucilio poetae obtrudenda erant.
— 98. fr. inc. 166. repetitum est fragmentum quod iam in libro II. n. 25. expressum et Barthio auctore libro secundo adscribendum erat.
— 66. fr. 27. idem fragmentum repetitum quod iam lib. XXVIII. n. 49. adscriptum fuerat, quod dittographia corruptum esse iudicat Duentzerus.

Contra fragmentis lib. XX. addendum fuit, quod Tortellius s. v. *chlaena* laudaverat: ut Lucilius lib. XX. a Partherio inducitur, qui dicit: *Chlaenam desuper indutam foedavit.*

— 104. fr. 19. l. *Sanctu'* Serapis pro *Sancta*.


3 2044 014 220 743


WIDENER
FEB 25 1995
FEB 1 0 1992
CANCELLED
BOOK DUE

